

TEXTUS.

Unde hæc forma dicenda.

6. Quæ omnia apertius & perfectius quotidiano iudiciorum usu in ipsis rerum documentis apparent.

Ubi hæc forma observanda.

7. Quam formam non solum in hac regia urbe, sed etiam omnibus nostris provinciis (etsi propter imperitiam forte aliter celebratur) obtinere censemus: cum necesse sit, omnes provincias caput omnium nostrarum civitatum, id est, hanc regiam urbem, ejusque observantiam, sequi.

NOTÆ.

6. Iudiciorum usu] Ufus est omnium rerum optimus magister.
7. Non solum in hac regia urbe] Constantinopolim intellige, quæ etiam nova Roma appellata est, quod in eam imperii sedes translata Græci πύλαι κωνσταντινου, ἡ πόλις βυζαντινου appellant. Byzantium ante dicta fuit.

TITULUS DUODECIMUS.

DE PERPETUIS ET TEMPORALIBUS ACTIONIBUS, ET QUÆ AD HÆREDES ET IN HÆREDES TRANSEUNT.

C. Lib. 4. Tit. 11.

Continuatio.

Quoniam actio alicui constituta non semper durat, sed actiones certo temporis spatio terminatæ sunt; neque etiam omnes, quæ in defunctum competeant, eoque in hæredes dantur; & aliquando nec hæredi datur, quæ competebat defuncto; non abs re est, quod hic titulus superioribus subjicitur ad tractationem de actionibus concludendam.

TEXTUS.

De perpetuis & temporalibus actionibus.

Hoc loco admonendi sumus, eas quidem actiones, quæ ex lege Senatufve consilio, sive ex sacris constitutionibus proficiuntur, perpetuo solere antiquis competere, donec sacra constitutiones tam in rem, quam in personam actionibus certos fines dederunt: eas verò, quæ ex propria prætoris jurisdictione pendunt, plerumque intra

COMMENTARIUS.

1. Hodiernus satisfationum modus & usus.

Hæc non indiget interpretatione. Cicero lib. 1. de officiis, cap. 28. Nec modesti, nec imperatores, nec oratores, quamvis artis præcepta percipiant, quicquam magna laude dignum sine usu & exercitatione consequi possunt. Ufus satisfationum hodie perexiguus præterquam adversus debitores extraneos, quos destitutimus, qui alias etiam coguntur domicilium in territorio, ubi agitur, eligere. Actor non de alia caveat, quam de estimatione sumptuum litis res forte vincenti repensanda; adeoque ad nullam cautionem tenetur, si domicilium sub jurisdictione iudicis, apud quem agitur, habeat, vel etiam bona immobilia possideat. Procurator sine mandato ad litigandum non admittitur, nisi arcto sanguinis aut affinitatis vinculo ei, pro quo invenitur, conjunctus sit; quo casu admitti solet cum cautione de raro. Defensor idoneum mandatum exhibens iudicatum solvi fatiare non tenetur; vid. Gloss. Jo. Fab. hic, Tulden. cap. 2. & 3. Merul. lib. 4. distincti. 3. tit. 13. cap. 1. & deinceps, et seq. 3. tit. 5. cap. 1. Welsch qui fatid. cogn. num. 6. Gudelin. lib. 4. de jur. nov. cap. 4. & 5. Christin. vol. 2. decis. 145. & ibi citat. & Nau, vol. Groenew. de ill. abrog. hic per tot.

NOTÆ.

Prætoris intra annum erat imperium] Prætoris in annum creabantur. Liv. 32. 27. Tac. annal. 1. Prætorum anniversariarum edicta erant annua, quæ quique proponebat initio magistratus sui ex lege Cornelia. Dio 36.
Quis bonorum possessor] Bonorum possessor & fideicommissarius Trebellianus proheredes sunt. Fabrot.

COMMENTARIUS.

1. Retine inter actiones prætorias numeretur fideicommissaria hereditatis petitio.]

Ex lege, &c.] Actiones, quæ ex lege, Senatufve consilio, aut ex principum constitutionibus proficiuntur, olim perpetuo solentur competere. Nimirum cum legis & similibus tantum constitutionum vis esset perpetua, consentaneum videbatur, actiones ex his juris partibus præfectas nullo tempore finire.

Donec sacra constitutiones actionibus certos fines dederunt] Quod publicæ utilitatis causa constitutum est, ut litium aliquis esset finis, tandemque aliquando possessores & debitores seculi forent, arg. l. 1. de usus.

Cetero sine dederunt] Ut scilicet actiones triginta & ad summum quadraginta annorum præscriptionibus excluderentur, l. 3. & 4. C. de præscr. 30. ann. l. 1. §. 1. C. de ann. exc. quod tempus nunc abusive perpetuum dicitur. Pauce sunt, quæ demum 40. annorum spatio finiuntur. Tantum tempus durat actio hypothecaria, sed uno dumtaxat casu, videlicet cum ipse debitor hæresive ejus obligatæ possessioni incumbunt, l. 7. §. 1. C. de præscr. 30. ann. l. 1. §. in fin. C. de ann. exc. Nam extranei possessores bona fide possidentes decem aut viginti annorum, mala fide tenentes 30. annorum præscriptionem opponere possunt, l. 1. & 2. C. si adu. cred. præsc. d. l. 7. in P. C. de præscr. 30. ann. Tuld. ad d. tit. Christin. vol. 4. decis. 91. num. 9. quamquam & ubi bona fide possideatur, 30. annorum spatium requiri, Senatus hujus provinciæ judicavit, decis. Cur. Holl. 8. Ad hæc actiones omnes iudicio semel incluse non nisi 40. annorum præscriptione excluduntur, d. l. 1. §. 1. in fin. de ann. exc.

Tam in rem] Actiones in rem non minus quam actiones in personam olim perpetue fuerunt; utraq; autem nunc eodem temporis spatio, id est, triginta annis terminantur. Neque enim illæ, quæ in rem sunt, simplici exceptione temporis decem annorum inter præsentis, viginti inter absentem excluduntur, sed propter possessionem alienam conjunctam cum titulo & bona fide, & tanto tempore continuatam, prioris domini jus extinguunt, & alteri dominium rei possessæ jure civili acquiritur.

Quæ ex prætoris jurisdictione pendunt] Ait actiones, quæ ex jurisdictione prætoris veniunt, plerumque unum dumtaxat annum durare, & subicit pro ratione, quod prætoris edictum, unde proficiuntur, diuturniorem vim non habet, Quæ ratio si bona est, dicendum erat actiones prætorias non plerumque, sed semper anni spatio finire; & credibile quoque est, initio ellas diuturniorem vim habuisse, quam habebat ipsam edictum, ex quo descendebant; sed postea nonnullas casibus perpetuo competere, postquam non tam prætorum quam præturam spectari placuit, atque ex edictis, maxime quæ evidens commen-

Aliquando in perpetuum extenduntur] Immo sæpe. Nam honorarias actiones omnes, quæ rei perfectionem continent, veluti Publiciana, de constituta pecunia, ex iurejurando, exercitoria, infistoria, de peculio, &c. perpetue sunt, nisi fit, quæ rescindat, quod jure civili ratum est, l. in honorariis. 35. de obl. & ad. Sed & ex penalibus quædam perpetuo competunt, ut mox audiemus.

Bonorum possessori ceterisque qui heredes loco] Significat duas hæc in rem actiones de universitate, possessorem hereditatis petitionem, & fideicommissariam hereditatis petitionem. Has actiones ait esse perpetuas, licet jure prætorio constitutæ sint. Perpetuas esse constat, priorem quoque, prætoriam utpote; proditam bonorum possessoribus, quos prætor velut hæredes facit, l. 1. de poss. her. pot. Sed altera illa, quæ proponitur in iis, quibus ex fideicommissio restituta est hereditas, non videtur esse jure prætorii, sed actio civilis, quippe iis competens, qui pro hereditatis, vel Senatufconsulto. Nisi distinguendum putetam inter petitionem hereditatis, & actiones hereditarias, arg. l. 2. de fid. her. pot. Sed dixerim potius, eo loco jus civile in specie per excellentiam accipi pro jure antiquo legis 12. tabularum, & opponi petitionem hereditatis, nimirum petitioni fideicommissarie, non ut actioni prætorie, sed ut novo jure civili opponatur iis juris partibus, quæ postea accesserunt, puta Senatufconsultis aut Principum constitutionibus §. 3. & 6. sup. de fideic. hered. §. 3. de testam. ord. VINN. Sed procul dubio JCtus, quem hic Tribonianus descripsit, non ignoravit, fideicommissariam hereditatis petitionem esse actionem prætoriam. Quamvis enim fideicommissa ex moribus sint, vel ex SCto, non tamen sequitur, ut vel moribus, vel SCtum etiam actionem dederint fideicommissario ad petendam à tertio hereditatem. Immo legibus consentaneum non erat, hereditatem ad eo peti, qui stricto jure non sit hæres. Prætor itaque hic adjuvit jus civile & dedit fideicommissariam hereditatis petitionem. Quin non dubito, prætores fideicommissarias hæc actionem in albo jure proposuisse. Nec obcurè hæc actionem prætoriam esse docet JCtus, dum eam hereditatis petitioni civilii opponit in l. 2. ff. de fideic. her. pot. HEIN.

Furti quoque manifesti actio] Actiones prætorie poenales regulariter tantum intra annum dantur, l. in honorariis. 35. de obl. & ad. Excipitur actio furti manifesti, quæ, quamvis & ipsa prætorica sit & poenalis, perpetua tamen est. Quod hæc forte rationem habet, quia non prius prætor poenam furti manifesti constituit, sed eam, quæ ex lege 12. Tab. constituta erat, mitigavit, atque ex corporali fecit pecuniariam, sup. §. poena. 5. de obl. qua ex del. Actio quo-

que de furto aut damno in navi, caupona aut fribulo facto, item actio adversus publicanos, quamvis & hæ prætorie sunt & penales, perpetuo tamen competunt, l. ult. §. ult. non. caup. frib. l. sed et h. 13. §. ult. de publican. Juris criminalia regulariter viginti annis fiuntur, l. 12. C. ad leg. Corn. de fals. Sed ea hæ non pertinent.

TEXTUS.

De actionibus, quæ in hæredes transeunt vel non.

1. Non autem omnes actiones, quæ in aliquem aut ipso jure competunt, aut à prætoribus dantur, & in hæredem æque competunt, aut dari solent. Est enim certissima juris regula, ex maleficiis penales actiones in hæredem rei non competere; veluti furti vi bonorum raptorum, injuriarum, damni injuriæ. Sed hæredibus hujusmodi actiones competunt, nec denegantur: excepta injuriarum actione, & si qua alia similis inveniantur. Aliquando tamen etiam ex contractu actio contra hæredem non competit, veluti cum testator dolose versatus sit, & ad hæredem ejus nihil ex eo dolo pervenit. Penales autem actiones, quas supra diximus; si ab ipsis principalibus personis fuerint contestatæ, & hæredibus dantur & contra hæredes transeunt.

NOTÆ.

1. Aut ipso jure] Id est, jure civili, ut §. 10. sup. de arb. l. 9. §. 1. usufr. quoniamdam. cau. Theoph. d. 28. n. 2.

Excepta injuriarum actione] Quia vindicta magis; quam pecunie perfectionem habet, l. 2. §. 4. de collat.

Aliquando ex contractu actio, &c.] Sensus hæc esse videtur, etiam aliquando ex contractu actionem adversus hæredem non dari, cum testator dolose versatus est, & nihil ad hæredem ejus ex dolo pervenit, contra regulam l. 12. l. 49. de obi. & arb. l. 1. §. 3. de reg. jur. De deposito miserabili hoc plerique putant accipiendum, l. 11. §. 1. de pos.

Dicitur contestata] L. 26. l. §8. de obi. & arb. l. 139. l. 164. de reg. jur. quod ex eo est, quia iudicio accipienda nova contrahitur obligatio iudicata, l. 1. §. 11. de precu.

COMMENTARIUS.

- 1. Actiones omnes, quæ rei persecutionem continent; & hæredibus & in hæredes dari, etiam si quæ ex editio.
- 2. Oportet perspicuè conditionem furtivam, & actionem verum amatorum, contra hæredes actionem dari in solidum.
- 3. In hæredem non dari ullam penalem, licet ex contractu.

- 4. Actiones, quæ penales habeantur, quævis nihil amplius persequantur, quam quod abest.
- 5. Cur actiones penales in hæredes non dantur, idem datur hæredibus?
- 6. Cur actio injuriarum non hæredibus quidem datur?
- 7. Quibus casibus ex contractu actio non competit in hæredem, ad quem ex dolo defuncti nihil pervenit?
- 8. Actiones omnes iudicio inclusas perpetuari, & quid hic juris hodie?

Actio quædam & hæredibus & contra hæredes datur: quædam hæredibus quidem, sed non contra hæredes: quædam denique neque hæredibus, neque contra hæredes. Et hæc redibus & contra hæredes datur, quæcumque rei tantum persequendæ causa comparatæ sunt nisi quod actio in rem tantummodo respectu possessionis in hæredem datur: quippe que possessionem semper sequitur, l. si in rem, 42. de rei vind. l. actionum, 25. de obi. & arb. Dum autem actio præter rei persecutionem nihil contineat, non distinguimus in proposito, utrum ea sit ex contractu an ex maleficio: sed utroque casu non minus in hæredes, quam hæredibus actionem dari contendimus & quidem in hæredes in solidum; hoc enim semper intelligendum est, cum simpliciter dicitur actio in hæredem dari. De actionibus, quæ ex contractu descendunt res est expedita, l. 1. & rei. in. C. de hered. arb. adeoque passim veteres definiunt, actiones ex contractibus venientes, licet delictum quoque versetur, in hæredes in solidum dari, l. 7. §. 1. de pos. l. 12. l. ex contractibus, 49. de obi. & arb. l. ad ea. 157. §. ult. de reg. jur. De his verò, quæ rei persecutorie sunt ex delicto, quales esse constat conditionem furtivam, & actionem rerum amatorum, l. 7. §. 2. de cond. furt. l. si mulier, 21. §. pen. de arb. rer. amot. ambigunt, non utique, an hæredibus aut contra hæredes aliquatenus datur, sed an datur contra hæredes in solidum. Nam hoc negat Gajus, 7. obf. 37. & 39. obf. 39. Uyclam. 1. membra. 18. & ibi. bina. arb. passim Ego verò existimo, etiam his actionibus hæredem teneri in solidum. Moveor primum eo, quod hæc duæ actiones absolutè dantur dari in hæredem l. 2. l. 7. §. 2. de cond. furt. §. ult. sup. de obi. qua ex del. l. 6. §. 4. de arb. rer. amot. Ex eo enim colligo, dari eas adversus hæredem furtis aut mulieris in solidum. Nam quæcumque actio simpliciter in hæredem dari dicitur, toties intelligitur dari in solidum: cum verò in solidum non datur, sed quatenus ad hæredem pervenit, aut hæc adicitur, aut dari simpliciter negatur: ut patet ex l. Julianus, 16. de iudic. l. inde Neratius, 23. §. hæc actionem, 9. ad l. Aquil. l. hæc actio, 17. de furt. corr. l. 9. §. 1. quod fals. tut. l. 3. §. pen. si mens fals. mod. l. 1. de priv. del. l. 3. §. ult. vi bon. rapt. l. in bonorariis, 25. de obi. & arb. l. pupillum, 111. §. 1. de reg. jur. §. bis autem, 91. sup. de leg. Ag. §. ult. de obi. qua ex maleficio del. rem. hæ. rem. & innumeris aliis locis. Secundo, quia rogum

arum actionum, quæ in hæredes non dantur, de penalisibus ex maleficio conceptæ sunt, l. 1. de priv. del. l. furt. 18. l. pupillum, 111. §. 1. de reg. jur. l. inde Neratius, 23. §. hæc actionem, 9. ad leg. Aquil. & hoc text. l. pen. de op. nov. nunc. Hinc enim evincitur, si quæ sunt ex maleficio non penæ, sed rei persecutorie, eas in hæredem dari: quoniam contrariorum contraria sunt consequentia. At delictio furtiva, & actio rerum amatorum non penam, sed rem persequuntur, ut iam probavimus. Et secundum hæc Imperator in §. bis autem, 9. sup. de leg. Ag. negat, actionem legis Aquiliæ in hæredem transire, non quia ex delicto est, sed, quia penalis, addens, transiatur eam fuisse, si ultra dampnum datum nunquam lis æstimaretur. Dicitur sanè nonnunquam, actiones ex delicto venientes adversus hæredes non dari, nisi quatenus ad eos pervenit, nec adicitur penales, ut in l. un. C. ex del. def. Sed quid prohibet hujusmodi definitiones ex eo quod plurimum & fere semper fit, conceptas sic accipere, si agatur de eo, quod defunctus deliquit, id est, ad penam. At in conditione furtiva & actione rerum amatorum de delicto aut penæ delicti non agitur, sed tantum de eo, quod ex patrimonio abest, nec quicquam amplius persequuntur, l. 7. §. 1. de cond. furt. l. si mulier, 21. §. pen. de arb. rer. am. Jam verò ob hoc solum actio penalis non habetur, quod constituta est adversus eum, ad quem ex delicto defuncti nihil pervenit, nisi & factum puniat, & in dolum concepta sit, l. 9. §. 1. quod fals. tut. de quo amplius postea. Postremo movet me locus expressus in l. 9. de cond. furt. ubi dicitur J. C. ait, in conditione ex causa furtiva hæredem, non pro parte que pervenit, sed in solidum teneri: si verò plures sint hæredes, singulos pro partibus hæreditariis. Quod si hoc obtinet in conditione furtiva, procul dubio etiam in actione rerum amatorum locum habet, cum aperte testetur Paulus, in l. 6. §. item heres, 4. de arb. rer. am. ex causa rerum amatorum teneri hæredem mulieris perinde ac teneret heres conditionis nomine ex causa furtiva; ac proinde quod rescribit Imp. in l. ult. C. rer. amot. actionem rerum amatorum adversus hæredes dari non in solidum, sed in quantum ad eos pervenit, necessario sic accipiendam est, in quantum ad eos pervenit de hereditate, non autem de rebus amotis: ut si plures sint hæredes, non singuli in solidum tenentur, sed universi, singuli autem pro ea parte, pro qua hæredes extiterunt; secund. d. l. 9. de cond. furt. aut si cum Ant. Fabro 4. conj. 1. de rebus amotis rescriptum intelligi volumus, supponendum erit, totum ad hæredes pervenisse, non ad unum aliquem, sed ad singulos pro parte. Quæ actiones hæredibus competant, in hæredes autem non dantur; tum quæ neque hæredibus, neque adversus hæredes competant, docebunt nos textus, ad ejus explanationem tempus est ut accedamus.

cum sui hæredes dicantur ipso jure hæredes existere: aliquando idem quod jure civili, non jure prætorio, ut in §. actiones, 10. sup. de arb. l. 9. §. in usufr. qu. corr. & hoc loc. itaque ipsum jus hic excellentiam notat. Ex maleficiis penales] Actiones ex maleficiis penales hæredibus dantur; ac in hæredes non competunt. Ait, penales ex maleficiis, ut & alibi regula concepta est, l. 1. de priv. del. l. furt. 38. l. pupillum, 111. §. 1. de reg. jur. Quod ergo hæc qua sit penalis ex contractu; Et hic idem juris esse evincit actio depositi miserabilis, que in eum, qui tumultus, incendii, ruinæ, naufragii causa depositum inficiatur, in duplum constituta est, in hæredem verò ex dolo defuncti in simplicium, l. 1. §. 1. l. de eo. 18. de pos. Planè hæc non pertinet actio, qua peritur pena conventionis promissa: nam penam stipulam loco ejus quod interest, §. ult. sup. de verb. obi. vid. §. sequens, 26. sup. de ad. Excludit autem regula eas, que sunt ex maleficio rei persecutorie: quas etiam adversus hæredes dari paulò ante probavimus. Illud ignorandum non est, esse quædam actiones, quæ penales habentur, quamvis nihil amplius quam quod abest persequantur, de quibus hæc in notio tendat. Quoties actio factum puniat & in dolum concepta est, constituiturque adversus eum, ad quem ex dolo res non pervenit, quamvis proposita sit ei, cui eo facto quid abest, atque ita parte actoris rei perfectionem continet; penalis tamen habetur ob vindictam delicti, quam & eo amplius persequitur: ac proinde in hæredem non datur, l. 9. §. 1. quod fals. tut. Talis est actio de dolo, l. in hæredem, 26. de del. mal. item ea, que adversus falsum tutorem datur, d. l. 9. §. 1. quod fals. tut. Talis quoque est adversus mentorem; qui falsum modum dicit, l. 3. §. pen. si mens fals. mod. item que proponuntur in l. 7. §. ult. de trib. arb. l. 1. §. ult. de op. nov. nunc. qui in poss. miss. l. 1. §. ult. de op. nov. nunc. et in quom. quis in jud. l. pen. §. 1. ne quis eum; qui in jus voc. l. 2. in fin. l. 6. §. 7. de alien. jud. mal. em. ubi actio in factum ex illo editio dicitur pertinere ad rei perfectionem; nimirum quia actor per eam in tantum quod sibi abest, persequitur: à parte autem rei revera penalis est, quia factum puniat, & in dolum concepta est. Ac cum heres in universum jus defuncti succedat, & regulariter tant in incommoda, quam in commoda, que ratio est, quod in proposito tantum modum actionum penalem ad hæredes transire placet, incommodum autem earum ad eos non pertinet; Nimirum quia æquum visum est, penam ex hac successione excipere, ne ibi pena sit, ubi noxa non est, l. pen. de op. nov. nunc. l. furt. 38. de reg. jur. l. sanctimus, 22. C. de pan. Illud æquissima ratione placuit, turpia lucra etiam hæredibus esse extorquenda; ideoque actiones, quamvis penales, ætenuis saltem in hæredes dandas esse, quatenus ad eos pervenit, ne ex delicto defuncti lucrum sentiant, l. 5. de calumn. l. 26. §. ult. & l. seq. quod mor. cau. l. in hære-

Aut ipso jure] Ipso jure aliquando idem valet, quod jure solo, si sine aliquo facto nostro, veluti

dem. 26 de dol. l. un. C. ex del. cum similib. 6 Excepta injuriarum actio] Actio injuriarum neque hereditas, neque in hereditibus datur, l. injuriarum, 15. in pr. de injur. Quod non datur in heredes, hoc commune habet cum caeteris poenalibus; quod hereditibus non datur, ejus proprium est; & hanc rationem habet quod in ea non principaliter de damno faciendo, sed de contumelia vindicanda agitur, l. 7. §. 1. eod. quam vindictam, si injuria passus lite non instituta decesserit, tacite remissile intelligitur; quod dixi ad §. ult. sup. de injur. & hinc est, quod actio injuriarum in bonis nostris non computatur, antequam litem contestemur, l. injuriarum, 18. eod.

Si qua alia similis] Similes habes in l. pen. de in jus voc. l. pen. §. ult. ne quis cum qui in jus voc. l. 4. de calumn. l. 7. C. de reb. don. Huc etiam referri potest querela inofficiosi testamenti: nam & haec injuria exheredato aut praterito illustrat quam ulciscitur. Nov. 115. cap. 5. & non nisi preparata ad heredes transit, l. 6. §. ult. cum l. seq. de inoff. test.

7 Aliquando etiam ex contractu actio in heredem non competit] Puto, intelligi actiones ex contractu, quae ob delictum concurrens ex parte rei poenales habentur, eo quod factum puniunt, & in dolum concepte sunt: quales sunt actiones in factum adversus furtum tutorem, & adversus mentorem, qui saluum modum dixit; item actio tributoria, quae dolum malum domini coeret maleficiose in distribuendo versati: nam haec actiones licet ex contractu sint, tamen in heredem rei, quia haec parte poenales, non dantur, nisi de eo quod ad eum pervenit, l. 9. §. quod fals. suc. l. 3. §. pen. si mens. fals. mod. l. 7. ult. de trib. act. Alias ex contractibus succedentes ex dolo eorum, quibus successerunt, non tantum in id, quod pervenit, sed in solidum tenentur, l. 12. l. ex contractu, 49. de obl. & ad. l. ad. e. 157. §. ult. de reg. jur. l. 7. §. 1. de pos. ubi Jurisconsultus cum dixisset, actionem depositi ex dolo defuncti in solidum in heredem dari, hanc rationem subjicit, quamquam enim, inquit, alius ex dolo defuncti non solvamus teneri, nisi pro ea parte qua ad nos pervenit, tamen hic dolo ex contractu usque perfectione descendit, itaque in solidum heres tenetur, plures vero pro ea parte, qua quisque heres est: qui locus sententiam nostram mirè confirmat. Ex his autem apparet, insigniter errare Theophilum, qui pro exemplo adducit actionem depositi, quam ex dolo defuncti negat in heredem dari, si nihil ex eo dolo ad eum pervenit; contra tot expressos textus. Nec excusari potest hoc obtruncum, quod intellexit actionem depositi miserabiliter. Nam & haec actio ex dolo defuncti in heredem datur, esse nihil ad eum pervenit: & quamvis non in solidum, in solidum tamen: quoniam utriusque simplicium solidum est, & pena alterum tantum, l. 1. §. 1. de eo. 18. de pos.

Valus] Hanc particulam Cujac. & Pac. auctoritate quorundam Codicum delendam censent:

quod mihi non videtur necessarium, cum & 10- tenta ea constat, & recta sit loci sententia.

Fuerint contestatae] Omnes actiones, quae morte aut tempore pereunt, si semel inclatae judicio fuerint, quod sit litis contestatione, salve permanent, l. omnes, 139. de reg. jur. Morte dicuntur perire poenales, proptereaque in heredes rei non dantur, licet active transeant: at lite contestata & active transeunt & passivè, l. omnes 26. l. sciendum, 58. de obl. & ad. l. poenali, 164. de reg. jur. l. un. C. ex del. def. quod ex eo est, quia judicio accipiendo nova contrahitur obligatio judicati, l. 3. §. idem scribit, 11. de pecul. Postea constitutionibus placuit, poenae perfectionem transmitti, si modo reus vivus contentus fuerit, quasi lite cum eo contestata, l. 23. de obl. & ad. Aliud nos poenales actiones nullae sunt, si injuriarum actionem excipias: quoniam, ut sepe alibi diximus, poenae legitime, quae privatis litigatoribus applicabatur, exoleverunt. Caeterum haeres ex delicto defuncti, etiam si in id tantum contestata non sit, tenetur non in solidum, quod ad eum ex delicto defuncti pervenit, scilicet datum scita juris civilis, sed damnum & defuncto datum facere cogitur, quatenus facultates defuncti partitur, quod cum iure Canonico primum cautum esse, cap. in lictoris, 5. de rapt. pub. ult. de sepulc. propter aequitatem etiam in foro civilis receptum videtur, Jo. Fab. hic. Covarrub. 3. civili receptum videtur. Jo. Fab. hic. Covarrub. 3. civili receptum videtur. Jo. Fab. hic. Covarrub. 3. civili receptum videtur. Jo. Fab. hic. Covarrub. 3. civili receptum videtur.

TEXTUS.

Si pendente judicio reus auctori satisfecerit.

2. Superest, ut admonemus, quod si ante rem judicatum is, cum quo actum est, satisfaciat auctori, officio iudicis convenit eum absolvere; licet in ea causa suspesit iudicium accipiendi tempore, ut damnari deberet; & hoc est, quod antea vulgo dicebatur, omnia iudicia absolutoria.

NOTE.

1. Convenit eum absolvere] Quod Theoph. interpretatur, liberatum ab actione dimitti. Alii, officio iudicis convenire, ut etiam sententia sua eum absolvat: quod & ratio juris exigere videtur, l. 1. de re jud. & reo utilis est propter exceptionem rei judicatae.

Omnia iudicia absolutoria] Locus singularis.

COMMENTARIUS.

Quemadmodum debitorum ante acceptum iudicium bonam fidem agnoscentem & paratum solumere dimitti placet, eique diem dari, cum competenti cautione ad solvendum pecuniam, in

niam, l. si debitori, 21. de iudic. ex iudicant. 17. iud. solv. ita etiam aequum est audiri eum, qui post acceptum iudicium ante rem judicatum satisfactionem offert, modo id omne offerat, quo jus auctoris deterius factum est, & in quod alias fiet condemnatio, fac. l. si reus, 35. de proc. l. 5. de publ. & restit. l. ult. qua in fraud. cred. Eum absolvere] Hac verba duplicem admittunt interpretationem: vel ut simpliciter reus

TITULUS DECIMUS TERTIUS. DE EXCEPTIONIBUS.

Dig. Lib. 44. Tit. 1. C. Lib. 8. Tit. 36.

Ratio dispositionis. Omnem reum ad defensionem suam vel inficiatione uti, vel depulsionem & quid utraque. Quid sit exceptio: unde hoc nomen natum: & alia observata digna.

Quidquid in iudicium deducitur, aut actio est, aut exceptio: actio à parte auctoris, cujus in omni iudicio sunt partes primae; exceptio à parte rei, cujus sunt secundae. De actionibus hactenus quæsitum est: quod exceptionibus adhuc cognoscendum est: quidem de his solis, nam præter has, si ab actione differret, nulla alia res in iudicium principaliter deducitur. Id quod ita liquere poterit. Omnis reus, qui iudicio contendere paratus sit, ad defensionem suam aut inficiationem utitur, aut depulsionem. Inficiatio est, cum negat, ullam auctori esse actionem de eo, quod petitur. Ea verò aut simplex est, aut cum novo facti affirmatione conjuncta. Simplex, cum reus simpliciter negat, id factum quo nomine agitur, puta, mutuum pecuniam quæ ab auctore petitur, sibi datam esse. Cum affirmatione novi facti conjuncta, cum confiteri quidem actionem aliquando auctori competit, sed cum nunc ei competere negat, utpote novo aliquo facto postea amissam: exempli gratia: si auctorem, dicat ideo agere non posse, quia actio ipso iure sublata sit, puta solutione, acceptatione, rei interitu. Simplex inficiatio aperte nihil in iudicium deducit, neque ulla hic neganti incumbit probatio: tantum queritur de actione & intentione auctoris, quæ in dubium vocatur; id est, solùm tractatur in iudicio, an verum sit: quod auctor in propriam intentionem deduxit, nec de aliquid exceptionis vi à reo opposite disputatur: ac probante auctore reus condemnatur, non probante, simpliciter absolvitur. Covarrub. in C. poff. mal. fidei, 3. de reg. jur. in c. p. 1. restit. ini. n. 5. Wei. par. hoc tit. n. 2. In conjuncta autem affirmatione illa novi facti haud dubie in iudicium deducitur, ac proinde à reo probanda est, l. 1. C. de prob. sed deducitur per consequentiam dumtaxat: principaliter enim eo spectat, ut ostendatur, verè negare reum, actionem auctori competere. Depullio est, cum reus de actione auctoris confitemur tantum est, quàm in factio ea defensione utitur, quæ actionem repellat. Hac defensione in usu juris exceptio appellatur. Si quis hic mihi Rhetorum exceptio remittatur. Si quis hic mihi Rhetorum exceptio appellatur. Si quis hic mihi Rhetorum exceptio appellatur.

satisfaciens dimitendus sit ab infantia, & liberandus mollesis iudicialibus, quomodo Theoph. & Hotom. interpretatur; vel ut absolvendus sit etiam sententia iudicis: quod posterius & rationi juris magis conveniri videtur, cum a iudicis incumbat aut damnare reum, aut absolvere, l. 1. de re jud. & reo longè utilis est; quoniam alias non haberet exceptionem rei judicatae.

mere. Exceptio igitur est defensio rei, quæ actioni, alioqui iure constituta, opposita, hanc ipsam æquitas ratione excludit: hic in l. 12. de dol. mal. exc. l. 2. h. tit. Exceptio omnis rectè defensio dicitur, utpote comparata defendendorum reorum causa, h. t. in pr. At non omnis defensio exceptio est, unde ea tantum, quæ actionem iure constitutam repellit. Quæ verò allegationes ostendunt actionem ipso iure sublata esse, veluti cum debitor solutionem allegat, defensiones dici possunt, exceptiones non possunt. Pugnanti sunt Jurisconsulti, liberari ipso iure, & liberari per exceptionem, l. qui servum, 34 §. 1. de oblig. & act. quamquam vulgo interpretum jam obtinuit ut omnis generis defensio, quæ modo agentis intentionem repellit five iure facti negatione, exceptio dicatur. Unde DD. exceptiones alias esse juris tradunt, alias facti & intentionis. Mynd. ad rubr. hic. n. 11. Greg. Tholoz. 21. synt. 17. n. 5. vid. Covar. d. loc. n. 4. & 5. Sed quomodo reus exceptione utatur ad excludendam actionem? Id indicant verba definitionis, si exceptio actioni opponatur; unde passim legitimus, exceptionem opponi, obijci, oblatre, exceptione, occurrere, &c. Et enim omnis defensio exceptio in factio rei posita est, & omnia ad liberationem reo non prodeff. De tempore opponendæ exceptionis ex formula iudicii, Nomen exceptiois natum est formula iudicii, quod sub exceptione dabatur; sic enim prætor subiebat, nisi, si non, extra quam §, illud aut illud factum erit; aut si quæ particulæ eadem vim habent. Atque hinc item factum, ut exceptio omnis conditio appellaretur, l. exceptio 22. h. t. ubi quæ extrat defuit exceptiois, à conceptione sumpta est, ficut Ulp. in l. 2. eod. ab effectu & utendi modo. Vid. Duar. ad l. 7. de pub. Cujac. 5. obs. 34. P. Fab. ad l. 114. cipaliter enim eo spectat, ut ostendatur, verè negare reum, actionem auctori competere. Depullio est, cum reus de actione auctoris confitemur tantum est, quàm in factio ea defensione utitur, quæ actionem repellat. Hac defensione in usu juris exceptio appellatur. Si quis hic mihi Rhetorum exceptio remittatur. Si quis hic mihi Rhetorum exceptio appellatur. Si quis hic mihi Rhetorum exceptio appellatur.

TEXTUS.

Continuatio. Ratio exceptionum.

Sequitur, ut de exceptionibus dispiciamus. Comparata autem sunt exceptiones defendendorum eorum gratia, cum quibus agitur. Sepe enim accidit, ut licet ipsa persecutio quae exalto experitur, iusta sit, tamen iniqua sit adversus eum, cum quo agitur.

NOTA.

Ue de exceptionibus] Exceptio est defensio rei, quae actio, aliquo iure constituta, opposita, hanc ipsam aequitatis ratione excludit, l. 2. h. r. alias praescriptio dicitur, l. 8. C. de iur. 35. Gracis *omnino* 297.

Iusta sit] Inspecta scilicet stricta ratione, & rigore iuris: iniqua autem, inspecta summa ratione, & naturali aequitate. Quae autem allegationes ostendunt actionem ipso iure sublatam esse, veluti cum debitor solutionem allegat, exceptiones proprie non sunt, sed aliae species defensionum.

COMMENTARIUS.

Defendendorum eorum gratia] Unde vulgo notant, exceptiones esse iuris naturalis & gentium, cuius scilicet iuris defensio est, *Wes. hoc tit. num. 8.* Ob eandem causam nonnulli censent, verbum excipere translatum esse ab armis militaribus ad forensia, puta, clypeo aut scuto, quibus tela in nos directa excipimus & reuadimus. Non male fortassis, sed non ex iura auctorum iuris.

Ista persecutio iusta sit] Non continuo, si actio iusta sit, id est, ipso iure comparata, seu summo iure constituta, iusta est in eum, quo agitur: Verbi gratia, si quis dolo inductus stipulanti promittit, is quidem sublitate iuris ex promissione facta obligatur: sed quoniam per machinationem adversarii nequit est, iniquum est, eum condemnari, & ex proinde contra agentem exceptio doli ei opposita est, ne cui dolo suus per occasionem iuris civilis contra naturalem aequitatem profic, l. 1. §. 1. de dol. mal. exc. Quod si nulla sublit actio iure civili constituta, vel qua reus dicit, nullam unquam actori competere, vel eam quo fiat, ipso iure sublatam, haec allegatio exceptio proprie non est, sed alia species defensionis, ut jam ante ostendimus.

TEXTUS.

Exempla. Quod metus causa de dolo, & in factum.

1. Verbi gratia, si metu coactus, aut dolo inductus, aut errore lapsus stipulanti Titio promissisti, quod non deberas promittere, palam est, iure civili te obligatum esse, & actio, qua intenditur, dare te oportere.

efficax est: sed iniquum est te condemnari, Ideoque datur tibi exceptio, quod metus causa, aut doli mali, aut in factum, composita ad impugnandam actionem.

NOTA.

1. Iure civili te obligatum] Id est, sublitate iuris civilis, d. l. 36. de verb. obl. Dolus metusve adhibitus non impedit, quominus actio nascatur, l. 5. de ius. stip. Verum enim uicque est, alterum stipulatum esse, & te promississe, atque ita contractam verborum obligationem.

Datur tibi exceptio] d. l. 36. d. l. 5. et sic. de dol. mal. et met. exc. & ita eventum inanis efficitur actio opposita exceptione, l. 102. de reg. iur.

COMMENTARIUS.

1. Cur qui metu coactus promissit, ipso iure obligatur?

2. Quare idem de eo, qui dolo inductus?

3. De quo genere erroris hic locus accipitur?

4. Exceptionis in factum qualis, & unde?

Illustrat exemplis, quod dixit facile accidere, ut actio, qua quis experitur, summo iure teneat, sed iniqua sit adversus eum, cum quo agitur. In uniuersum autem id accidit dupliciter, vel quia iam a principio iniqua est, vel quia postea vinculum aequitatis tollitur, ita ut tantum superstitio solius vinculum iuris civilis, quod quidem ita nos adstringit, ut summo iure in nos sit actio, sed quae propter defectum aequitatis sit inefficax ad condemnationem, si exceptio opponatur.

Metu coactus] Qui metu coactus aliquid promittit, ipso iure obligatur propter consentium, quia voluntas, licet coacta, voluntas tamen est, l. §. *militer* 21. §. *pen. quod met. ca.* nimirum utrum quid voluntarium sit, an involuntarium, ex eo tempore aestimatur, quo geritur. Jam vero illud quod eligitur, quo tempore metus inferunt, respectu maioris mali, quod vitatur, boni rationem habet, & ea consideratione obiectum est voluntatis: de quo cons. *Arst. 3. eth. 1.* Ceterum naturaliter obligatus dici reuera non potest ob defectum vinculi aequitatis: quoniam consensus & voluntas ista non sunt libera: & neque promississet aut voluisset extra metum maioris mali positus. Atque hinc explicandi loci, in quibus traditur, vim atque metum consentii esse contrarium, l. *libil. 116. de reg. iur. cum siml.*

VINN. Ac non esse genuinam hanc rationem, vel inde patet, quod promissa vi iusta, & iustificata e. g. extorta, obligant, l. 3. §. 1. et l. 21. ff. quod met. caus. *gest. l. 29. §. pen. ff. ad leg. Aquil. cum dolo* Metus & hic voluntas non sit libera. Potius itaque huius iuris ratio arceffenda est ab eo, quod omne promissum ex parte alterius requirit acceptationem. Atqui qui vi iniusta extorquet promissum, omni acceptandi iure destituit. Non itaque valet, quod ei promissum est. Ita recte Puffendorff. de J. N. G. & C. lib. 3. c. 6. §. 10. &

DE EXCEPTIONIBUS.

lib. 4. c. 17. §. 8. cum contra Grot. de J. B. et P. lib. 2. cap. 11. §. 17. huiusmodi promissum validum existimet. HEIN.

Dolo inductus] Etiam qui dolo inductus stipulanti promittit, quod alias non promississet, sublitante iuris obligatur: quia utique verum est, eum promississe: sed & haec obligatio naturalis aequitatis vinculo destituitur propter dolum & machinationem stipulatoris aliud agentis, aliud simulantis, l. si quis. 36. de verb. obl. l. 1. §. 2. de dol. mal. exc. Circa dolum qui causam contractui praeber, videlicet si quis in hoc circumscriptus sit, ut contraheret, cum alias contractus non fuisset, recepta fuit vulgaris distinctio inter contractus bonae fidei & stricti iuris, quod illi hoc casu ipso iure nullius momenti sint, arg. l. 7. in pr. de dol. l. in causa. 16. §. 1. de minor. hi ipso iure subsistant, & actionem producant, ut proinde hic semper excipiendum sit, siue dolo causam contractui dederit, siue incidit, d. l. si quis. 36. de verb. obl. l. 5. C. de ius. stipul. de quo proluxit Barbov. *disp. 6. de act. ius. 10.*

3. Erroris lapsus] Quod hic dicitur, etiam eum, qui errore inductus stipulanti promittit, iure civili obligari, id non videtur convenire cum eo, quod pessim traditur, eos qui errant, non consentire, consentium nihil magis esse contrarium errore, l. non consentiant. 15. de iuris. l. 2. de iudic. Nam sine consensu nullus contractus ac ne stipulatio quidem consistit, l. 1. §. 3. de pact. Resp. Error non est unius generis. Si in persona aut re promissa erratum sit, cum de alia stipulator, de alia promissor lentiret, fateor, nullam contracti obligationem, quia talis error consentium non habet. At error in causa promittendi, de quo hic agitur, non omnino consensu destituitur, & ideo summo iure hic nascitur obligatio, d. l. si quis. 36. de verb. obl. l. Julian. 7. de dol. mal. exc. *vid. not. ad §. si de alia. 22. sup. de ius. stip.*

Efficax est] Per se scilicet ac vi sua, hoc est, si pura esset, neque exceptio corrigeretur. Jam autem exceptio efficit, ut ad condemnationem sit inefficax, l. nihil interest. 112. de reg. iur.

Exceptio quod metus causa] Exceptio quod metus causa in rem scripta est, si in ea re nihil metus causa factum est ut non inspiciamus, an is, qui agit, metus causa fecerit: sed an omnino metus causa factum sit in ea re & quocumque, non tantum ab eo, qui agit, l. 4. §. pen. de dol. mal. exc.

Aut doli mali] Exceptio doli mali personam complectitur ejus, qui dolo fecit. Itaque in hac exceptioe specialiter exprimentum est, de cuius dolo quis queratur, non in rem, si in ea re nihil dolo malo factum est: sed sic, si in ea re nihil dolo malo actoris factum est, l. 2. §. 1. d. l. 4. §. pen. de exc. dol. mal.

4. In factum] In factum haec exceptio dicitur nomine generali, quia variis modis accidere potest, ut error interveniat; quemadmodum & actiones, quae proprio nomine carent, in factum appellari solent, ut illae, quae dantur ex

contractibus inominatis, item utiles, & praescriptae subsidariae, de quibus explicatum §. *sub. sup. de leg. Aquil.* Et sicut ob qualitem personae, quae convenitur, in factum agendum: quo casu adversus alios est actio de dolo, l. non debet. 11. §. 1. de dol. ita agente huiusmodi persona, quo casu adversus alios excipitur de dolo; in factum excipiendum est, l. 4. §. *adversus* 16. de dol. exc. Opponitur autem hoc loco exceptio in factum exceptioni doli mali non generali, sed speciali, quae nascitur ex eadem causa, ex qua actio de dolo; nempe ex dolo inter initia adhibito, l. §. C. de ius. stip. siue ut in textu nostro, si quis dolo inductus stipulanti promittit. Nam generalis exceptio doli, licet cum hac in factum exceptionibus omnibus, ita & cum hac in factum concurrat; quoniam datur ex omni causa, ob quam id, quod petitur, exceptioe elidi potest; quamvis inter initia nihil dolo factum sit. Ut in summa exceptio doli generalis toties competat, quoties actor per occasionem iuris civilis aequitatem naturalem infringere conatur, l. 1. §. 1. l. 2. §. C. generaliter. §. l. 4. §. pen. l. 7. l. 12. de dol. exc. l. si quis. 36. de verb. obl. l. 5. C. de pact. cum similib.

TEXTUS.

De non numerata pecunia.

2. Idem iuris est, si quis quasi credendi causa pecuniam a te stipulanti fuerit, neque numeraverit. Nam eam pecuniam a te perere posse eum, certum est: dare enim te oportet, cum ex stipulatione tenearis. Sed quia iniquum est, eo nomine te condemnari, placet, exceptione pecunia non numerata te defendi debere: cuius tempora non (secundum quod jam superioribus libris scriptum est) constitutione nostra coarctavimus.

NOTA.

2. Cum ex stipulatione tenearis] Igitur quod Paulus respondet, de nonnum obligatum esse, l. 30. de reb. cred. de extu intelligendum est, cum habeas exceptionem peremptoriam. Exceptioe pecunia non numerata] l. 2. §. 3. de dol. mal. exc. Hinc patet, exceptionem hanc non modo actioni ex chirographo opponi posse, sed etiam actioni ex stipulatu.

COMMENTARIUS.

Qui quasi creditore stipulanti pecuniam spondidit, iure civili obligatus est: sed adiuvatur exceptioe non numerata pecuniae, l. 2. §. 3. in fin. de dol. exc. ubi Ulp. ait, ei, qui creditur pecuniam stipulatus est, nec creditur, nisi certa fuit causa stipulationis, quae tamen aut non est secuta, aut finita est, nocere pecuniae non numeratae exceptionem. Unde patet, hac exceptionem non tantum actioni ex chirographo, sed

etiam actioni ex stipulatu opponi. Solebant quippe creditores pecuniam sepe stipulari prius, deinde stipulationis implende causa adnumerare; quæ ratione una ex stipulatu nascebatur obligatio, l. 6. §. 1. & l. seq. de nov.

[Cujus tempora] Exceptio non numeratæ pecuniæ cum antea quinquennis esset, à Justiniano biennis tantum facta est, sup. tit. de lit. obl. ubi fuscè de hac exceptione disseruimus.

TEXTUS.

De pacto.

3. Præterea debitor si pactus fuerit cum creditore, ne à se pecunia peteretur, nihilominus obligatus manet, quia pacto convento obligationes non omnino dissolvuntur: quæ de causa efficax est adversus eum actio, quam actor intendit, si paret, eum dare oportere: sed quia iniquum est, contra pactiorem eum condemnari, defenditur per exceptionem pacti conventi.

COMMENTARIUS.

Species exceptionum, que præcesserint, jam à principio nascuntur in re contrahenda: que sequuntur, ex causa postea interveniente emergunt.

[Nihilominus obligatus manet] Qui cum creditore pactus est, ne à se pecunia peteretur, is nihilominus ipso jure obligatus manet: nam ut pacti nudi ea vis non est, ut ullam civilem obligationem pariat, ita nec eam, quæ constituta est, si re, si verbis, ipso jure tollere potest, l. 7. §. sed eum. 4. l. si natus. 27. §. 2. de pact. l. 5. l. 10. & l. 13. C. eod. Plane nudi contentus obligatio, ubi res adhuc integritas est, pacto convento tollitur etiam ipso jure, §. uti. sup. quib. mod. toll. obl. ubi ejus rei ratio à me exposita est.

[Si quia iniquum est] Quamvis debitor, qui pactus est, ne à se pecunia peteretur, non liberatur jure civili, liberatur tamen interventus prætoris, qui vel actionem denegat, si de pacto conlret; vel si non conlret, addit exceptionem *actio quam si pactum sit, ne pecunia peteretur*: quo apud iudicem datum probato, debitor absoluitur, effectaque idem consequitur, quod liberati ipso jure: eoque pertinet, l. nihil intereff. 112. de reg. jur.

TEXTUS.

De iurejurando.

4. Equè si debitor creditore deferente juraverit, nihil se dare oportere, adhuc obligatus permanet: sed quia iniquum est de perjurio queri, defenditur per exceptionem iurisjurandi. In iis quoque actionibus, quibus in rem agitur, æquè necessarie sunt ex-

ceptiones; veluti si petitor deferente possessor juraverit, eam rem suam esse, & nihilominus petitor eandem rem vindicet, licet enim verum sit, quod intendit, id est, rem ejus esse; iniquum tamen est, possessorem condemnari.

NOTÆ.

4. Juraverit] Aut eum jurare paratus esset, remissum ei fuerit iusjurandum, l. 9. §. 1. de iurejur.

Juraverit rem suam esse] Aut petitoris non esse, l. 3. §. 1. l. 11. pr. d. tit.

COMMENTARIUS.

Exceptioni pacti conventi assinis est exceptio iurisjurandi: nam & iusjurandum, de quo hic quaeritur, in se conventionem habet, propter quam non minus servatur, quam propter religionem, l. sed & si 25. & l. seq. in fin. de iurejur.

[Creditore deferente juraverit] Verba edicti, quo prætor iusjurandum rei metur, hæc sunt: si ius, cum quo agitur, conditione delata juraverit, ejus rei, de qua iusjurandum delatum fuerit, neque in ipsum, neque in eum, ad quem ea res pertinet, actionem dabo, l. 3. in pr. junct. l. 7. de iurejur. Aut conditione delata, unde intelligimus, si reus juravit nemine ei conditionem jurandi deferente, prætoris is iusjurandum non tueri, d. l. 3. Quod negat, se in eum, qui juravit, actionem daturum, id si acceptum est, ut in re certa, si prætori conlret reum prius conditione delata iurare, actio simpliciter denegatur: si autem de eo controversia sit, ambigaturque an reus juraverit, cum locus sit exceptioni iurisjurandi, l. 9. in pr. eod. Neque hoc proprium est iurisjurandi, ut nonnulli putant, sed locum habet etiam in causis aliis, unde exceptiones nascuntur. Periculose enim jubere prætor, de eo apud iudicem queri, quod his exploratum & inter litigatores confutum est.

[Adhuc obligatus permanet] Nam iusjurandum non magis quam pactum, modus est dissolvenda obligationis jure civili constitutæ: sed tantum naturalem obligationem tollit, l. Stichum. 55. §. naturalis. 4. de sol.

[Quia iniquum est de perjurio queri] Dicendum potius fuerat, meo iudicio, qui iusjurandum ex conventionem proficitur, & speciem transactionis continet, l. 2. sed & si 25. & l. 5. §. uti. de iurejur. Nam illa alia questio est, an exceptio iurisjurandi replicatione perjury excludatur.

[Si petitor deferente possessor juraverit] Etiam is, qui actione in rem conventus petitor eandem juravit, exceptione iurisjurandi, si petitor eandem rem iterum vindicet, adjuvatur, l. 3. §. d. tit. si reus juraverit rem suam esse, si petitoris non esse: quamquam hoc amplius ei, qui juravit, rem suam esse: amissa possessione etiam actio in re-

COMMENTARIUS.

nam datur ad rem recuperandam, si is, qui iusjurandum delatit, possessionem nactus est. Cæterum adversus alium possessorem prærogativa iurisjurandi non utitur: quoniam non debet alii nocere, quod inter alios actum est, l. 9. in fin. l. 10. l. 11. in pr. & §. 1. d. tit.

TEXTUS.

De re iudicata.

3. Item si iudicio eum actum fuerit, si rem, si rem in personam, nihilominus obligatio durat; & ideo ipso jure de eadem re postea adversus te agi potest, sed debes per exceptionem rei iudicatæ adjuvari.

COMMENTARIUS.

Non ut quilibet iudicio absolutus est, ita statim si ipso jure tollitur jus actoris. Quid enim si iudex perperam pronuntiaverit? Tantum propter auctoritatem rei iudicatæ statuitur sententia, à qua appellatum non est: quam auctoritatem rebus iudicatis dari, publica fuisse utilitas, aliqui nodus litium multiplicatus inexplicabilem afferret difficultatem, l. 6. de exc. rei iud. Comparata est autem rei iudicatæ exceptio tueri ejus rei causa, qui sententia iudicis absolutus est, si rem debitor sit, si rem possessor: ei verò, contra quem iudicatum est, hæc exceptio numquam datur, l. evidentior. 16. eod. Cui non obstat l. 4. C. de sol. Nam qui in forem tantum rerum condemnatur, vi ipsa de usuris absoluit.

[Obligatio durat] Aut hoc referendum est ad actionem in personam, quoniam in rem actio non descendit ex obligatione; aut verbum obligationis contra usum veterum, qui eo in vindicationibus numquam utuntur, laxius accepit. Theophilus videtur legisse, actio durat: Sic enim hunc locum convertit, & ad idem verbum eaque lectio Hotomano & Tuningio magis probatur, in quos causam tam vehementer triveltatur Chrostoph. Riccius in iudic. jur. præfess. c. 19. nullam equidem causam video.

[Per exceptionem rei iudicatæ] Hæc autem exceptio non aliter genti oblat, quam si eadem questio inter easdem personas revocetur, l. 3. de exc. rei iud. Itaque ita demum nocet, si omnia sint eadem, idem corpus, eadem quantitas, idem ius, eadem causa petendi, eademque conditio personarum: quæ qualia sint, latè explicatur in l. cum quaritur. 12. cum seqq. eod.

TEXTUS.

De cæteris exceptionibus.

6. Hæc exempli causa retulisse sufficiat; atque quomodo ex multis variisque causis exceptiones necessarie sint, ex latioribus Digestorum seu Pandectarum libris intelligi potest.

COMMENTARIUS.

Justinianus non putavit operæ pretium, exceptiones omnes earumque causas proximas, quæ multæ & variæ sunt, singulatim recensere: sed celebrioribus tantum exempli loco propositis, de reliquis jubet consulti volumem, 7. lib. D. 44. tit. 1. cum seqq.

TEXTUS.

Divisio prima.

7. Quarum quædam ex legibus, vel iis quæ legis vicem obtinent, vel ex ipsius prætoris iurisdictione substantiam capiunt.

NOTÆ.

7. Ex prætoris iurisdictione] Veluti quod metus causa, de dolo, pacti, iurisjurandi, &c.

COMMENTARIUS.

Hæc exceptionum divisio sumpta est à causa efficiente remota; ut & obligationum illa in §. 1. sup. de oblig. & actionum, §. 1. sup. de act. Ex legibus] Exceptionem ex legibus propriè dictis descendit nulla mihi occurrat. Arbitror tamen, exceptionem rei iudicatæ esse ex lege 11. tabularum.

[Quæ legis vicem obtinent] Intelligit Principum constitutiones & Senatusconsultis. Ex Principum constitutionibus sunt exceptiones divisionis & ordinis, item præscriptiones illæ temporales quadriennii, re aliena à filio vendita, tit. C. de quadriennii præscr. quinquenni adversus querelam inofficiosi testamenti: triginta annorum in actionibus perlocatibus, item in rebus que in actionibus perlocatibus non possunt, l. 3. & 4. C. de præscr. trig. ann. decem dierum in causa appellationis, &c. auct. hodie. C. appell. Ex Senatusconsultis sunt due, exceptio Senatusconsulti Macedoniani de pecunia filiofam. credita, & exceptio Vellejanti de intercessione mulieris.

TEXTUS.

Divisio secunda.

8. Appellantur autem exceptiones aliæ perpetuæ & prætoris, aliæ temporales & dilatoris.

COMMENTARIUS.

Quarundam exceptionum hæc vis est, ut rem, de qua agitur, permant, atque obiectæ efficiant, ne amplius de ea re agi possit: alie verò ad tempus tantum nocent, & in id tempus dumtaxat actionem differunt. Unde alie dicuntur perpetuæ & prætoris, alie temporales & dilatoris, l. 2. §. uti. l. 3. hoc tit. Est igitur hæc divisio sumpta ab effectu.

TEXTUS.

De peremptoriis.

9. Perpetua & peremptoria sunt qua
semper agentibus obstant, & semper rem, de
qua agitur, perimunt: qualis est exceptio
doli mali, & quod metus causa factum est,
& pacti conventi, cum ista convenire, ne
omnino pecunia peteretur.

NOTA.

9. Doli mali] Quamvis actio de dolo sit tempo-
ralis. Differentia rationem indicat Paul. l. 4.
§. ult. de dol. mal. exc.

Et pacti conventi] Huc etiam pertinet excep-
tio erroris, item iurijurandi rei iudicatae, trans-
factionis, non numerate pecuniae, &c.

COMMENTARIUS.

1 Perpetua exceptiones unde dicitur
2 Exceptio doli cur perpetua, cum actio de dolo
temporalis?

Qua semper agentibus obstant, &c.] Vis excep-
tionum perpetuarum & peremptorium, quae
quam ipsam & nomina indicant, haec est, quod
oppositae & probatae semper agentibus obstant,
& rem, de qua agitur, perimant: unde alibi di-
cuntur totius negotii cognitionem tollere, & vi-
res principalis negotii exhaurire, l. 2. C. de prec.
imp. off. Non enim actionem solvant, sed etiam
obligationem tollunt, idque non minore cum ef-
fectu, quam si sublata esset ipso iure: ut non abs
re scriptum sit, nihil interesse utrum actionem
non habeat, an eam, quae per exceptionem
perpetuam infirmetur: & pro indebito haberi, id
cuius petitio ita repellitur, l. nihil interest.
112. de reg. jur. l. 3. §. 1. de cond. ind. Dicitur igitur
perpetua non à tempore proponendi, quod quacu-
mque iudicii parte opponi possunt, ut male DD. &
Myns. hic nam. 2. nam & dilatoriae quaedam post
litem contestatam obijci possunt, ut postea osten-
demus: sed à tempore, quo effectus propositionem
durat; eoque sensu etiam exceptionem nume-
rate pecuniae verè perpetua est. Bronch. 2.
mife. 51. Gajus sic definit, Perpetuae atque peremp-
toriae sunt, quae semper locum habent; nec
evitari possunt, l. 3. hoc tit. sc. semel opposita.

2 Exceptio doli mali] Obiter hic notandum, excep-
tionem peremptoriam, quamvis nascatur ex
causa, ex qua actio nata esset temporalis, non so-
lum eo sensu perpetua esse, quod diximus, sed etiam
lapsum temporis non intrinsece verbi causa; &
actio de dolo temporalis est, exceptio autem doli
perpetuo competit. Hoc ideo, quia actor in sua
potestate habet, quando iure suo utatur: at in rei
potestate non est, quando conveniatur, l. 5. §. ult.
de dol. exc. Secus tamen est, cum quis ius suum,
intra certum tempus lege definitum, per modum
actionis in iudicio proponere potest; quia tunc
illa ratio cessat. Hinc exceptio non numerate pe-

cuniae biennio, querele inofficiosi quinquennio
finitur, Gomez. 1. var. ref. 11. num. 20. Cofsal.
in l. 8. §. si filius. 13. de inoff. testam.

Quod metus causa, &c.] Tres haec exceptiones,
doli mali, quod metus causa, & pacti conventi
perpetui exempli tantum causa proferuntur. Sunt
enim longè plures exceptionum peremptorium
species. Nam huc etiam pertinet exceptio erro-
ris, item iurijurandi, rei iudicatae, transactionis:
item non numerate pecuniae, liberationis legatae
rei, rei venditae, quae vindicantur obijciuntur tit. de
exc. rei vend. item Senatufconsulti Macedoniarum,
& Vellejanorum, trium conformium testamentariorum,
l. un. C. de lic. in un. eod. ca. quam exceptionem
hodie non attendunt suprema tribunalia. Myns. l.
vbi. 15. Gail. 1. vbi. 72. Christin. vbi. 4. dec. 221.
lmb. lib. 2. inst. for. Bugnion. lib. 1. l. 7. de reg.
art. 253. denique praescriptiones omnes, quae reo
ex tempore nascuntur, & si quae sunt aliae, quae
rem, de qua agitur, perimunt.

TEXTUS.

De dilatoriis.

20. Temporales atque dilatoriae sunt qua
ad tempus nocent, & temporis dilationem
tribuunt: qualis est pacti conventi, cum ista
convenire, ne intra certum tempus age-
tur, veluti intra quinquennium: nam finito
eo tempore non impeditur actor rem exequi.
Ergo iis, quibus intra certum tempus agere
volentibus obijciuntur exceptio aut pacti con-
venti, aut alia similis, differre debent actio-
nem, & post tempus agere. Ideo enim dilato-
riae istae exceptiones appellantur. Alioquin si
intra tempus egerint, obijctaque sit exceptio,
neque eo iudicio quicquam consequerentur
propter exceptionem, neque post tempus olim
agere poterant, cum temere rem in iudi-
cium deducebant & consuebant; qua re-
tione rem amittebant. Hodie autem non ita
strictè hoc procedere volumus; sed cum, qui
ante tempus pactiois vel obligationis litem
inserere ausus sit, Zenoniana constitutio
subiacere censuram, quam sacratissimus legi-
slator de iis, qui tempore plus petiverint, pro-
tulit, & inducias, quas ipse actor sponte in-
dulserit, vel quas natura actionis continet, si
contempserit, in duplum habeant, ii, qui talium
injuriarum passi sunt: & post ea finitas non
aliter litem suscipiant, nisi omnes expensas
litis antea acceperint: ut actores tali poena
perterriti temporalium doceantur observare.

COMMENTARIUS.

1 Praescriptio moratoria, & alia dilatoriarum
natura.

1 Exceptio excusationis an dilatoria?

3 Dilatoria propter diem initio obligationi adje-
ctum.

Exceptiones temporales & dilatoriae sunt, quae
ad tempus nocent, & in id tempus actio-
nem differunt. Quia rem differunt, dilatoriae,
quia ad tempus id faciunt, temporales appel-
lantur. Gajus sic eas definit: Temporales atque
dilatoriae sunt, quae non semper locum habent, sed
evitari possunt, l. 3. h. 1.

Qualis est pacti conventi, cum ista convenire,
&c.] Haec ab effectu appellari potest solationis
dilatoria. Cui similis est praescriptio moratoria à
Principe impetrata, l. 2. et l. 4. C. de prec. imp.
off. l. in fraudem. 45. §. si alibus. 10. de jur. hfe.
Solent enim principes humanitatis causa dilato-
nem alicuius temporis indulgere debitoribus,
qui fortasse iniuria facultatibus exuti, aut ma-
gnum aliquod damnum rei familiaris passi, spa-
tium aliquod ad solvendum petunt, quo le inter-
im neantur adversus creditores, ne in carcerem
ire ut bonis eedere cogantur. Vulgo appellant
litteras salvo conductus, gratia, securitatis. Nostraes.
Briefven van arterminat ofer seyr. Qua de re
confultendi Aflid. decis. 377. & seq. Surd. decis.
301. 307. 322. Boer. decis. 96. Thesaur. decis.
126. Rebuff. de lit. dilat. art. 1. gloss. 1. num. 9.
Christin. vol. 2. decis. 70. & seq. Kinschot. tract.
de sent. induc. Dilatoriarum numero sunt & ex-
ceptiones, quae dicuntur procuratoriae, l. 2. §. ult.
l. 3. in fin. hoc tit. §. ult. inf. eod. item praescrip-
tionis fori, l. ult. C. eod. ut exceptio incompe-
tentiae, reculationis, iudicis. Haec sunt, quae vulgo
appellantur quae exceptiones sunt, quae adversus inhumana
num soliti petitionem conceduntur, l. 16. &
seq. de re jud. §. item si 37. & seq. §. ult. sup.
de ad. ubi vid. Item quae ideo obijciuntur, quod
actio, qua agitur, praedictum sit rei majori,
tit. C. de ord. jud. Item exceptio cedendarum
actionum, non impleti contractus, libelli gene-
ralis & obsecratoriae: item exceptio sub & obreptio-
nis; quae tamen quatenus negotium principale
concernit, peremptoriae annumerari potest,
Christin. vbi 4. decis. 174. num. 5. Denique ex-
ceptiones loci non tuti vel inhonesti termini an-
gusti, feriarum, & similes de quibus late Zanger.
de except. part. 2. Plerique etiam exceptionem
divisionis dilatoriam esse statuunt: sed rectius
divisionis dilatoriam esse statuunt: sed rectius
ad illi ad peremptoriae eam referunt. Scharck. ad
ill. 10. C. de fideiuss. Bronch. 2. mife. 41. Zanger.
de exc. part. 3. cap. 19. Exceptio quoque excu-
sationis quibusdam dilatoriae est, quoniam ajunt,
litem tantum differre, non perimit, si quidem cre-
ditor excusato debitor potest redire ad fideiussore
suum metu hujus exceptionis. Auth. presentia.
C. de fidei. Verum hoc cap. 52. Ant. Fab. C. suo.
hoc tit. def. 1. Etiam ego & hanc ad classem
peremptoriarum potius referendam arbitror,
nam utique actionem perimit, quod ad fideiussore
attinet, si debitori solvendo esse reperitur,

Hoc verò sufficit, ut pro perpetua & perempto-
ria haberi debeat, l. sufficit. 20. de cond. ind. D.
Tuld. comm. hic cap. 6. Aliis haec exceptio dicitur
anomala.

Aut pacti conventi, aut alia similis] Puto quod
pecuniae potest dies non veniat. Nam & cum obli-
gatio ab initio in diem contracta est, ipsa iure
actio statim nascitur, ut abunde probavimus ad
§. 2. sup. de verb. obl. Sed praematurè seu ante
diem agens exceptio cuius pecunia dies non
venit, repellatur: & quia perperam agebat,
tempore suo debito petens, l. 2. §. qui ita e. de
eo quod cert. loc. l. un. §. ult. quoad di. usus leg.
cod. l. libert. 118. §. 1. de verb. obl. causae amissione
multabatur. Quae poena erat cuiuslibet post
petitionis §. quid agens. 33. sup. de ad. Ceterum
ex constitutione Zenonis confirmata à Justiniano
actor ante tempus pactiois aut obligationis li-
tem inferens non amplius rem consumit, sed
hanc poenam sufferit, ut cogatur reliquis indu-
cias rei conduplicare, sique finitus non ante au-
diatur, quam lumpsus omnes prioris litis referat,
hoc text. in calce. Quis hodie iuris sit,
expolui ad d. §. si quis agens. 33. de ad.

TEXTUS.

De dilatoriis ex persona.

11. Praeterea etiam ex persona sunt dilato-
riae exceptiones, quales sunt procuratoriae,
veluti si per militem aut mulierem agere
quis velit. Nam militibus nec pro patre vel
matre, vel uxore, nec ex sacro scripto,
procuratorio nomine experiri conceditur.
Suis vero negotiis superesse sine offensa mili-
taris disciplinae possunt. Eas vero excep-
tiones, quae olim procuratoribus propter infamiam
vel dantis, vel ipsius procuratoris opponen-
bantur, cum in iudiciis frequentari
nullo modo persequimus, conquiscere sancimus;
ne dum de his altercaur, ipsius nego-
tium disceptatio proleteretur.

COMMENTARIUS.

- 1 Varia exceptionis dilatoriae genera ratione obijcti
- 2 Exceptio procuratoriae quotuplex?
- 3 Licetne pluribus exceptionibus ejusdem rei nomi-
mine simul uti?
- 4 Usus exceptionum peremptoriarum in bona fidei
iudiciis: in his constitutionem earum non fuisse
necessariam.
- 5 In strictis iudiciis initio litis contestanda.
- 6 Quod ex interpretum sententia hic ceceptum?
- 7 Vis exceptionum rei iudicatae, iurijurandi &
transactionis?
- 8 Exceptiones juris etiam non contestatas usque ad
sententiam allegari posse.
- 9 Quibus exceptionibus uti liceat etiam in execu-
tione rei iudicatae?

- 10 *Ufus dilatoriarum, hoc regulariter inter excep-
tiones liti opponi, dicitur, &c. oportere: &
quae hinc excipiuntur.*
- 11 *Qua exceptiones dilatoriae etiam post senten-
tiam recte opponuntur.*
- 12 *Mores veterum plerumque tribunalium circa
num exceptionum.*

Exceptionum dilatariarum quaedam tangunt negotium ipsum & causam principalem, ut exceptio pacti temporalis de non petendo, praescriptio moratoria, &c. Quaedam constitutionem iudicii. Atque ex his quaedam personam iudicis, ut exceptio suspecti, & exceptio preventionis, de qua in l. 7. de iud. item ea, quae specialiter dicitur exceptio incompetentiae, si videlicet apud eum agatur, cuius de ea re, de qua agitur, aut in personam, cum qua agitur, iurisdictio non est. Quaedam personam adversarii, puta quod idoneam personam standi in iudicio non habet, *lit. C. de his qui part. legit. &c.* Quaedam personam procuratorem, vel quia procurator non fuit, vel quia procurator esse non possunt, quae dicuntur procuratoriae. l. 2. §. ult. l. 3. hoc tit. Sed nec incommode quis dixerit, dilatorias omnes comparatas esse ad versus quamcumque personam iudicii institutionem; live quia persona iudicis, aut adversarii, aut procuratoris, idonea non est ad iudicium exercendum, five quia actio, quae intenditur, non competit, aut alia prius intendi debet, ne per eam graviori causa praesudicium fiat; & generaliter quaecumque iudicium transferat, vel commutat in alias personas, in aliam actionem, in alium locum, in aliud tempus: unde à Cicerone *lib. 1. & 2. de invent.* appellantur translationes & iudicii commutationes.

Quales sunt procuratoriae.] Exceptiones procuratoriae ex persona dilatoriae sunt, quia rem differunt: nam qui dicit, non licere procuratorio nomine agi, non prorsus inficiatur litem, sed personam evitat, l. 2. in fin. hoc tit. Exceptio autem procuratoriae duplex est: nam ut omnino procurator esse negatur, veluti si dicatur mandatum non habere, l. inter quos. 39. ff. de damn. inf. l. licet. 24. C. de proc. aut à pupillo sine auctoritate tutoris constitutus, l. in exceptionibus. 19. §. 2. de prob. aut esse non posse contenditur, veluti si miles sit, aut mulier: cuiusmodi exceptionum vix ullus hodie usus est, ut liquet ex iis, quae sup. ad §. 1. de iis per quos ag.

Mulierem.] Mulieres ab omnibus officiis civilibus pudor & naturalis verecundiae ratio prohibet, l. 1. de reg. iur. l. 1. de postul. quamobrem nec alienam litem procuratorio aut defensorio nomine suscipere possunt, l. neque famina. 54. de proe. l. alienum. 18. C. eod. ubi Imp. ajunt, alienam suscipere defensionem virile esse officium, & ultra sexum muliebrem. Planè alias actiones in rem suam & proprium lucrum sibi mandatas exercere non prohibentur, l. 4. C. eod. **Militibus nec pro patre.]** Militis nec pro patre quidem aut matre aut uxore, quamvis rescriptum

impetraverint, procuratores esse possunt, l. 8. §. 2. de proe. l. 7. C. eod. **Suis negotiis.]** l. 9. C. de proe. ubi Imp. militibus non tantum suas causas agere, verum etiam si in rem suam procuratores constituti sint, alienas actiones persequi permittit.

Propter infamiam.] Apparet ex hoc loco, olim infames neque procuratores esse, neque procuratorem dari potuisse, quamquam per se agere poterant. Iustinianus autem exceptiones de agentis aut procuratoris infamia quiescere iussit. Utrique ubi de infamia non aperte iudicet, & ubi id disceptatio negotii protelanda. Opera pretium facturus videor, si hic aliquid subijcere de recto usu exceptionum excerpserim. De eo duplex fere quæstio est, una de numero obijciendum, altera de tempore obijciendi. De numero hoc quæsitum, liceatne pluribus exceptionibus eisdem rei nomine simul uti. Movet exemplum plurimum actionum de eadem re concurrentium, quarum constat una tantum eodem tempore exquiri licere. Sed quod actori non licet, id placuit licere ei, unde petitur, ut pluribus exceptionibus, quamvis diversis, modo ne se invicem defraudent, eodem tempore uti possit, hoc effectum uti in una probanda defecerit, ad aliam recurrere non prohibetur, l. 5. l. 8. hoc tit. *l. in eo. 43. de reg. iur. cap. nullus. 20. eod. in 6. DD. comm. in d. l. 3. Zaf. iud. num. 4. Covar. 1. var. res. 2. num. 8.* Differentie ratio est, quod agere actori liberum est, defendere reo non item. Non iniquum in actore laesendi libertatem uno genere amorum circumferere: reo verbò, cui non semper sui defendendi facultas, omnia ad defendendum arma suppeditare humanum est. De tempore obijciendæ exceptionis ita in peremptoris jus olim fuit, ut in bonæ fidei iudiciis necesse non esset exceptionem initio liti contestari, sed eam quandoque ante rem iudicatum opponere liceret. Cui non obstat, quod dicitur, ultra id quod in iudicium deductum est, excedere potestatem iudicis non posse: nam in bonæ fidei iudiciis verba ipsa iudicis dati exceptionem tacitam includunt, cum in his iubeatur iudex iudicare ex æquo & bono: idque veritas significat, cum ajunt, exceptiones inesse bonæ fidei iudiciis, his contineri, et si non excipiatur, facti tamen per officium iudicis consilii. *l. 3. de iur. vend. l. huiusmodi. 84. §. qui foras. C. de leg. 1. l. pland. 38. l. ult. de hoc per.* In strictis vero iudiciis exceptionem in principio liti nominatim contestari necesse erat, & vel à reo agnoscere intentionem actoris statim probari, vel à dubitante tantisper omittam, donec actor intentionem suam probaret, antequam sententia ferretur, ad disceptationem opponi. Textus clari in l. 9. C. de proe. long. temp. l. 8. & l. 9. C. hoc tit. Ceterum non contestatam postea obijcere, nego pro arbitrio licuisse. Cujus ego rei fortissimum hoc argumentum habeo. Certum est, ultra id quod in iudicium deductum est, iudicis potestatem non excedere, l. 18. comm. deo. Atqui in strictis iudiciis nihil in iudicium deductum intelligi potest, de quo lis non aperte

aperte contestata sit. Nam si veterum iudiciorum rationem consideras volumus, palam est, exceptiones in iure apud prætorem proponi debuisse, qui deinde formulæ eas includebat, sive muratam postea iudiciorum formam, constat eandem iudicis potestatem mansisse liberam in bonæ fidei iudiciis, in contrariis adstrictam iis rebus, quæ nominatim in iudicium deductæ sunt, ut proinde in his nihilominus necesse fuerit exceptionem in exordio liti contestari. Atque ita simpliciter rescriptum est, postquam jam à Diocli. l. 2. C. de post. iud. iublata esset iudicis dandi licentia, l. 8. l. 9. C. hoc tit. l. 9. de præser. long. temp. Quibus non obstat l. 2. C. sent. resc. non poss. Nam omittas ibid. ex d. l. 8. & 9. hoc tit. accipere debemus, non quarum nulla mentio initio facta, sed quæ contestatæ postea omittæ, id est, dilatae sunt ad probationem & disceptationem. Don ad d. l. 8. num. 7. Gudelin. *lib. 4. c. 8. VINN.* Rectissime se habet hæc Vinnii observatio. Nam in iudiciis stricti juris exceptio erat intermedia formulæ, alioquin ejus ratioem habere non poterat iudex, e. g. si veret, Gajum Titio centum debere, tu eum in centum condemna, ut passim fit. Et inde est, quod Tribunalium plebis implorari posset auxilium, si in formula omitteter exceptionem. Cic. *Quasi. Acad. 4. 30.* Eo rigore non opus erat in actionibus bonæ fidei, quia illis exceptiones inesse credebatur. Et hinc iudex eorum rationem habebat extra formulam. Inde iam facile patet in iudiciis stricti juris exceptiones opponendas fuisse in iure, adeoque exceptiones opponendas in iudiciis b. f. etiam ante litem contestatam. Conf. Ger. Noodt. de iuris. l. 1. de sen. & iur. 111. 15. 6. de form. em. n. d. del. mal. cap. 5. Hsini. Ceterum illi, ut hujus generis exceptiones etiam non contestatæ usque ad sententiam rectè obijciantur: vid. Mynl. l. obf. 24. Marant. §. 6. num. 12. Gail. l. obf. 74. num. 3. Wel. par. num. 7. quod eo facilius esse admitendum, quia discrimen iudiciorum bonæ fidei & stricti juris penè sublatum est, ut alibi demonstravi. Exceptiones rei iudicatæ, jurisjurandi, & transactionis, hoc speciale parant, quod impediunt litem ingressum, modo probatum earum reus probationem habeat: unde & litis finite appellantur. Christin. *d. decif. num. 7.* Gudelin. *lib. 4. cap. 7. sect. 1.* Quamquam si initio oppositæ non sunt ad impediendum, processum nihilominus postea opponi possunt ad iustitiam causæ. Christin. *d. dec. num. 18. & seq.* Sciamus autem, ea, quæ de contestatione harum exceptionum diximus, dicta esse de exceptionibus facti, quibus aliquid factum esse intendimus, quod proinde & probare debemus, ut intelligitur ex l. 1. in exceptionibus. 19. de prob. quæ enim quæstionem facti habent, non possunt intelligi in iudicium deducti, nisi facti contestatione. Diversa autem causa est exceptionum iuris, id est, earum, quæ alicui conditione ipsa persone iure tribuntur, qualis est exceptio di-

Vinnius in hñit.

visionis epistola D. Hadriani fidei iudicibus tributa. Nam hoc genus contestationis nec est, sed sufficit quandoque, ante sententiam allegari, l. 10. C. de fidei iud. & ibi D. Ant. Fab. C. suo. hoc tit. *dehn. 1. m. 3.* Nimirum auxilium divisionis facti sub appellatione & persona fidei iudicis iudicium deduci intelligitur, cum fidei iudicis iure tribuatur, hoc ipso quod fidei iudicis. 9. omnino exceptiones peremptoriae sunt, quas non solum necesse non est initio liti contestari, sed quibus etiam non allegatis ut licet in executione rei iudicatæ, nempe exceptio Senatusconsulti Macedoniani & Velleiani, l. 11. de SC. Mac. Id quod misse videri non debet placuisse in exceptionibus, quæ publicæ utilitatibus causa maxime introductæ sunt DD. nostri etiam plures hujus generis referunt in l. 1. C. de re iud. l. 1. C. de iur. & fact. ign. Gail. l. obf. 113. num. 5. & seq. Zaf. in l. 2. hoc tit. num. 16. Marant. *par. 2. memb. 9. num. 18.* Merul. *lib. 4. disticti. l. 1. tit. 3. tit. 4. cap. 14.* Exceptiones dilatoriae, cuiuscumque generis sunt, si paucas dempseris, inter exordia litis, hoc est, ante litem contestatam, opponi debent. Quin & disceptari, probari, & decidi, l. pen. & ult. C. hoc tit. Exceptio dilatoria fo- 10 lutionis, non defugendi iudicii, sed solutionis differendæ gratia obijcienda, seu, ut vulgo loquuntur, non ad impediendum processum, sed ad merita causæ opposita, cuius initio contestatæ probatio demum à reo exigitur, postquam actor intentionem suam probavit, quod refero l. 2. exceptionem. 19. C. de probat. cum Gudelin. *lib. 4. c. 7. sect. 1.* Sed & si quæ hujus generis demum post litem contestatam nata sit, & veluti si novæ causæ postea emerisint, ut hoc iudicem tantquam suspectum recusat liceat, non est ambigendum, quin huiusmodi exceptio post ceptum iudicium obijci possit, cap. 15. de off. deleg. S. i. chard. *ad. l. 13. C. de proe. m. 5.* quamquam in privilegio fori superius hoc locum non habet, l. 7. de iudic. Idem juris esse interr. nostri volunt, si exceptio gravamen successivum, ut loquuntur, habet: cuiusmodi est exceptio loci non turti vel suspecti Mynl. l. obf. 74. Gail. l. obf. 52. m. 3. S. i. chard. *d. loc. m. 6.* Item si reus exceptionem sibi competere in facto errans ignoraverit, e. 4. n. hoc tit. Covar. *pr. quæst. 26. m. 2.* Illud certum est, exceptiones dilatorias, quæ adversus inhumanam solidi petitionem comparatæ sunt, non solum post litem contestatam ante sententiam obijci posse, sed etiam post rem iudicatam in ipsa executione, l. 14. l. 17. §. ult. fol. *masr. l. item. 18. l. senatus. 41. §. ult. de re iud. m. 1.* Rationem reddunt, quia hoc genus exceptionis non impugnat sententiam, sed moderatur vires iudicatis. Idem obtinet & in exceptione cedentium, l. 1. deus. 33. de re iud. & in exceptione cedentium actionum, l. ff. iud. 41. §. 1. de fidei iud. Item in exceptione non impleri contractus, veluti pretii non soluti. De qua DD. in l. 1. C. de iur. & fact. ign. Gail. l. obf. 7. Zang. de exc. part. 4. cap. 28. n. 80. Tantumdem dixerò, si exceptio iudi-

F f f f f

cium retro reddat nullum, qualis est exceptio falli procuratoris, l. liceo. 24. C. de proc. si modo hac vera exceptio. Moribus mutorum tribunali nunc ita comparatum est, ut reus omnes exceptiones, quas habet, simul & conjunctim initio litis proponere debeat, peremptoriaque una cum dilatoriis. Quod vocant procedere ad omnes nes. Ceterum prosequi consuevit reus, se hoc exceptionum cumulatione nihil damni habiturum, sed ex illis sibi defensionem recte acque ordinae velle tribui. Damhoud. *prax. civo. cap. 139.* Imbert. *inst. for. lib. 1. cap. 51.* Mynd. 4. *obf. 89.* Merul. *lib. 4. dist. 4. sect. 3. tit. 4. cap. 1.* Christin. *vol. 4. decis. 174. num. 15.* Gudelin. *lib. 4. c. 7. sect. 1. & cap. 8. sect. 1. in fin.* ubi etiam

TITULUS DECIMUS QUARTUS. DE REPLICATIONIBUS.

Replicatio quid sit.

UT exceptio actorem excludit, ita replicatio reum, l. 2. §. 2. exc. et si que nihil aliud replicatio, quam secunda actoris allegatio ad firmandam actionem suam adversus exceptionem à reo oppositam. Itaque & replicatio quedam exceptio est, sed quæ à parte actoris venit, d. l. 2. §. 1. Unde à Paulo dicitur contraria exceptio, quasi exceptionis exceptio, l. exceptio. 23. §. 1. eod. quamquam propriè exceptio appellatur ea defensio, qua reus utitur ad excludendam actionem.

TEXTUS.

De replicatione.

Interdum evenit, ut exceptio, qua prima facie iusta videtur, tamen iniquè noceat. Quod cum accidit, alia allegatione opus est, adjuvandi actoris gratia: que replicatio vocatur; quia per eam replicatur atque resolvitur jus exceptionis. Veluti cum pactus est aliquis cum debitore suo, ne ab eo pecuniam petat, deinde postea in contrarium pacti sunt, id est, ut creditor petere liceat: si creditor agat, & excipiat debitor, ut ita demum condemnatur, si non convenerit, ne eam pecuniam creditor petat, nocet ei exceptio: convenit enim ita. Namque nihilominus hoc verum manet, licet postea in contrarium pacti sint. Sed quia iniquum est, creditorem excludi, replicatio ei dabitur ex posteriore pacto convento.

NOTÆ.

Qua prima facie iusta] *Kant n' angéit*, secundum

docet, quam rationem hoc institutum habet, nimirum ut cunctis rei defensionibus initio allegatis, iudex ex iis statum causæ eliciat. Variatur enim status causæ, cum intentione actoris probata exceptio postea opponitur. Et quid opus est actorem longum tempus magnoque labores & sumptus probandæ intentioni suæ impendisse, si ea exceptio tandem obijciatur, quæ initio obiecta eum statim à lite retraxisset? Tres tamen sunt exceptiones, quæ in tribunalibus nostris solæ per se proponi possunt, exceptio declinatoria tori, litis pendentiæ, & litis finitæ, *quia instruct. Cur. Holl. ars. 88. junct. art. 10. Ampliat. & art. 12. ord. Just. Groenew. de ll. abrog. ad hunc tit. Inst.*

dum jus strictum: iniqua autem, si ex equitate putetur.

Adjuvandi actoris gratia] Exceptio est subdidium rei, replicatio actoris, l. 7. l. 10. d. *except. l. 2. §. 2. D. eod.*

Replicatio vocatur] Quæ & ipsa quedam exceptio est, sed quæ à parte actoris venit, d. l. 2. §. 1.

Nocet ei exceptio] Quia pactum prius per posterius non tollitur ipso iure, sicut stipulatio per stipulationem, si hoc actum est. Quia in stipulationibus jus continetur, in pactis pactum veritatis, l. 27. §. 2. de pact. id est, quia pacto non liberamur nisi contestatione pacti: at per stipulationem novantem, per stipulationem, Aquilianam & sublecutam acceptilationem, etiam si aliqua defensionis contestatione.

COMMENTARIUS.

1 Explicatur l. si unus. 27. §. 2. de pact. & conciliatur cum l. Stichum. 95. §. naturalis. 4. de solut.

Cum exceptio in speciem iusta, revera iniqua est, opus est aliis defensione adjuvanda actoris gratia. Ut ecce Creditor, qui decem mutuo dederat, pactus est cum debitore, ne ab eo peteret. Postea cum quæreret creditor, nullam fuisse causam debiti remittendi, obtinuit, ut nova conventio interponeretur, qua placeret, rursus ei petere licere. Hic si creditor agat, & excipiat debitor, obstat agentis exceptio: nam prius pactum non tollitur per posterius ipso iure, sicut stipulatio per stipulationem, si hoc actum sit, puta si novandi animo posterior interposita sit, l. si unus. 27. §. 2. de pact. Ceterum quia iniquum est, creditorem excludi, alia defensione adjuvatur, ex posteriore pacto convento, quæ exceptio opposita eam elidat, & nostris replicatio dicitur, propterea quod per eam replicatur & resolvitur

De triplicatione.

2. Est rursus ea prima facie iusta videatur, sed propter aliquam causam actori iniquè noceat, rursus alia allegatione opus est, quia actor adjuvetur; quæ dicitur triplicatio.

De cæteris exceptionibus.

3. Quorum omnium exceptionum usum interdum ulterius, quam diximus, varietas negotiorum introducit, quas omnes apertius ex digestorum latiore volumine facile est cognoscere.

COMMENTARIUS.

1 Hodie ultra duplicationem non procedi nisi ex gravi causa: nec in statu iurisdictionis exceptionum aut replicationum usum esse.

SI replicatio & ipsa prima fronte iusta, revera autem iniqua sit, contra eum datur reo duplicatio: & rursus contra duplicationem actori triplicatio: & sic deinceps nomina multiplicatur, quoties vel actor vel reus obijcit, allegationumque ulterio citroque modus est infinitus, l. 2. §. 3. hoc tit. Verùm hanc licentiam posteritas merito refrandam putavit, ne modus allegationum nimium multiplicatus non tam explicet causam, quam implicet. Itaque hodie in bene constitutis Curis placet, non procedi ultra duplicationem; nisi ex gravi causa iudex aliter decernat, puta ob novi, & ad statum causæ pertinens facti allegationem. Vid. *Ordin. Cam. Imp. p. 3. tit. 20.* Imbert. 1. *inst. for. 36. Ampliat. Inst. Cur. Holland. art. 12. D. Tuld. in comm. ad hunc tit. c. 1. & 2.* ubi exemplo hanc rem illustratam ostendit, cur necesse non sit ultra duplicationem procedi. Concessa autem ex causa actori triplicatio, reo simul concessa intelligitur quadruplicatio, & ita deinceps, Merul. *lib. 4. dist. 4. sect. 3. tit. 10. cap. 1.* In statu causæ juridici exceptionibus ut replicationibus non utitur: sed iudex apponit *parten te beschreyen by memorien en adwerissementen van rechten*, &c. In statu conjecturali apponit *te maken, en daer van te dienen, in dien geen productie van noode is; ofte in soyen contraris, in dien productie verseyde vwoord. Ende vwoord in beghe geschreven by eysch, ant' vwoord, replijck, duplijck, by intervalle van tijd, sonder meer.* Merul. *d. dist. 4. sect. 4. tit. 10. & seq.*

TEXTUS.

Quæ exceptiones fidei iuribus profunt, vel non.

4. Exceptiones autem, quibus debitor defenditur, plerumque accommodari solent

jus exceptionis, hoc text. l. 2. §. 1. & 2. eod. Theophilus reddidit *ἀναλυσίς τῶν παραρτημάτων τῶν ἰσθίων* *Vix exceptionis resolvitur* Rhodorus firmamentum appellat. Nam defensore Cicerone in partit. cap. 29. Firmamentum est, quod ad labefandam rationem (ea nostris exceptio) refertur. At enim, inquis, obligatio naturalis ipso iure per pactum tollitur, l. Stichum. 95. §. naturalis. 4. de solut. cui consequens videtur, quod pacti etiam hæc vis sit, ut ipso iure obligationem priorem repant in pristinum statum, perinde ac si pactum prius interpositum non fuisset. Minimè, inquam: nam cum non obstante priore pacto de non petendo obligatio & actio ipso iure adhuc competas, fieri nequit ut exceptio debitori priore pacto quæ sita posteriore pacto ita tollatur, ut ea agenti creditor in iudicio opponi non possit. Atque hoc significat Jurisconsultus in d. l. si unus. 27. §. 2. de pact. cum ait, in pactis factum verari. Antea dixerat, in stipulationibus jus contineri. Ait, in pactis factum veratur; id est, ut ego interpretor pacta quidem nobis profunt ad liberationem, sed factio nostra, si quis initio litis pactum sit contestatus, ejuque pacti exceptionem in iudicio deduxerit. Hæc enim contestatio & defensio cum in factio rei posita sit, rectè dicitur, in pactis factum ad liberationem verari; eademque hic exceptio & replicationis ratio. In stipulationibus, inquit, jus continetur: id est, per stipulationem novantem, per Aquilianam canone secutam acceptilationem, hoc assequimur, ut ipso iure liberemur, non factio aliquo nostro, id est, non defensionis contestatione, aut acceptilationis exceptione & objectione. Huc pertinet, quod idem Jurisconsultus in l. qui servum. 34. §. 1. de obl. & act. scribit, eum, qui rem sibi commodatam surripuerit, teneri quidem & commodati actione & conditione, sed alteram actionem per alteram perimi aut ipso iure aut per exceptionem. Significat enim, cum quis ipso iure liberatus est, posse eum tunc negare se debere; & quamvis exceptionem in iudicio non proponat, absolvi debere, si ex pristina actione solvissè se quandoque apud iudicem doceat. Si verò per exceptionem actio tollatur, non debere reum negare se teneri: sed cum hoc confessus fuerit, ejus quod profferret, exceptionem opponere posse, per quam consequatur idem, ne teneatur. Hoc verò inquit facere est tutius: quia scilicet dubitari possit, an eo modo prior actio sub lata sit iure; add. Cujac. & Anton. Fab. ad d. l. 27. §. 2. de pact. Don. ad l. 5. c. eod. Bachov. de pact. cap. de offic. pact. lib.

TEXTUS.

De duplicatione.

1. Rursus interdum evenit, ut replicatio, qua prima facie iusta est, iniquè noceat. Quod cum accidit, alia allegatione opus est, adjuvandi rei gratia; quæ duplicatio vocatur.

etiam fidejussoribus ejus: & rectè: quia quod ab eis petitur, id ab ipso debitore peti videtur: quia mandati iudicio redditurus est eis, quod ei pro se solverint. Qua ratione & si de non perenda pecunia pactus quis cum eo fuerit, placuit, perinde succurrendum esse pro exceptionem pacti conventi illis quoque, qui pro eo obligati sunt, ac si etiam cum ipsis pactus esset, ne ab eis pecunia peteretur. Sanè quædam exceptiones non solent his accomodari. Ecce enim debitor, si bonis suis cesserit, & cum eo creditor experiat, defenditur per exceptionem, si bonis cesserit. Sed hæc exceptio fidejussoribus non datur: ideo scilicet, quia qui alios pro debitore obligat, hoc maxime prospicit, ut cum facultatibus lapsus fuerit debitor, possit ab iis, quos pro eo obligavit; suum consequi.

COMMENTARIUS.

- 1 Quæ exceptiones ad alios transferant, aut non transferant.
- 2 Exceptio lationis ex causa ætatis cuius generis.

Utrum exceptio, quæ debitori competit, ad alios puta hæredes, fidejussores, transeat, nec ne, ex genere exceptionis definiendum est. Nam quædam exceptiones in rem sunt, quædam in personam; five quod idem est, quædam causæ seu rei, quædam personæ cuiusque cohærent. Rei cohærentes personæ cuiusque cohærent. Cohærentes personæ, & Macedoniani, §. c. l. 7. §. 1. hoc tit. Personæ cohærent, exceptio pacti, quo nominatim convenit, ne à solo debitore peteretur, l. nisi. 21. de pacti. ne quis ultra quam facere poterit, conveniatur, d. l. 7. in pr. item præscriptio moratoria, utpote beneficium Principis personale, l. 1. §. 2. de const. princ. l. provisio. 18. 19. de reg. jur. Primi generis exceptiones etiam successorie & fidejussorie, reliquique accessorie dantur, d. l. 7. §. 1. l. omnino. 19. hoc tit. de except. l. si tibi. 17. §. pactum. s. cum aliquo. l. si quis de pacti. l. ex persona. 21. de fidejuss. 21. §. ul. l. si is. 25. §. ul. de exc. rei jud. l. 7. cum leg. de iurejur. l. 9. §. pen. de sen. huc. 16. §. 1. ad sen. vellej. l. 8. C. de non num. pec. l. emptori. 28. C. de evict. Secundi generis personam debitoris non egrediuntur, l. 12. C. l. seq. soli. marr. l. est. 24. cum leg. de no. jud. l. nisi. 22. l. idem. 25. §. 1. de pacti. cum similibus.

LIB. IV. TIT. XIV.

Quia mandati iudicio] Hæc ratio est, ob quam placet, exceptionem, quam reus habet, etiam fidejussori prodesse, nimirum quia aliqui nec ipsi reo profutura esset: quippe à quo fidejussor, quod solvit, iudicio mandati repetere poterit, §. si quis. 6. sup. de fidejuss. l. mandati. 14. C. eod. Hinc quod à fidejussore petitur, ut iussore à reo exigi scribit Ulpian. l. adversus. 29. de re. cept. arti. Quod si nulla sit mandati actio, puta si donandi animo fidejussisset, exceptio reo competens fidejussori non proderit, l. quod dicitur. 32. de pacti. l. 9. §. pen. de sen. huc.

si de non perenda pecunia] Nisi nominatim id actum, ne à solo debitore peteretur, non etiam à fidejussoribus: nam tale pactum, quia personale est, ad fidejussorem non pertinet, quemadmodum nec ad hæredem, l. nisi. 22. l. idem. 27. §. 1. de pacti. Putarem tamen, hodie etiam tale pactum fidejussori prodesse debere propter beneficium ordinis novissimo iure fidejussoribus tributum, quod aliqui facile per collusionem reorum eis auferri possent. Hoc & D. Cujacius in d. l. 22.

Debitor si bonis suis cesserit] Debitor, qui creditore suo bonis cellit, si iterum conveniatur, tueri se poterit exceptione cessionis bonorum, neque teneatur, nisi quid aliquis momenti postmodum acquisierit: quo tamen causa adhuc in solidum conventus exceptionem competentem habet, ne ultra quam facere possit, condemnetur, l. 4. C. pass. de cess. bon. Hæc autem exceptio, uti & cætere omnes, quæ adversus solidi petitionem comparatur sunt, personalis est, non causæ, sed persone cohærens: & ideo ad alios non transit, l. 7. pr. de excepti. De quo plura sub §. ul. de acti.

Qui alios pro debitore obligat] Cùm fidejussor suam personam, tanquam magis idoneam, substituit pro persona debitoris principalis, merito arcetur ab iis defensionibus, quæ propriæ sunt persone rei, & specialiter tribuantur. Exceptio lationis ex causa ætatis, quæ minori in integrum restituito datur, mixti generis esse videtur, & partim pro beneficio causæ habenda, quæ etiam hæredibus minoris datur, est, ipsi sint maiores, l. 6. de restit. in integ. l. minor. 18. §. ul. de minor. partim pro beneficio persone, quæ denegatur fidejussoribus ejus, l. in causa. 21. pr. eod. l. 7. in fin. de except. l. 1. l. 2. C. de fidejuss. nisi forte salva sit creditoris iudicii in alium translatio, l. minor. 31. de procur. add. Myn. 4. ob. 18. Mauric. trad. de rest. in int. c. 13. Gomez. 2. ref. 14. n. 6. C. 9. Planè si quis pro minore solo adversarii circumventio interveniret, ex hac causa quæ minori competit exceptio, ea pro beneficio causæ omni ex parte habetur, ut etiam pro fit fidejussori. Nec mirum, cùm etiam majores ex eadem causa eodem exceptio detur, d. l. 7. §. 3. de excepti. l. ul. C. de fidej. min. Mauric. c. 14. Oll. trad. de rest. in int. 1. quasi. 48. Duar. ad d. tit. C.

TITULUS DECIMUS QUINTUS.
DE INTERDICTIS.

Dig. Lib. 43. Tit. 1. C. Lib. 8. Tit. 1.

Ratio ordinis, & summa tituli.

Postquam de actionibus, earumque ordine, progressu & cum exceptionibus congressu, dictum est, non inconvenienter subijctum tractatio de interdictis; quippe quæ & ipsa actionum instar obtinent, & si vim eorum ac potestatem spectes, id est, quod iis concessi volumus, re ipsa actiones sunt: unde & actionis verbo contineri dicuntur, l. actionis. 37. de obli. & acti. Denique & olim ex causa interdicti adversus non parentem actio dabatur, & postea ambagibus interdictorum sublati placuit, ut recta & protinus actio possessorem proponeretur, l. pen. & ult. C. hoc tit. Unde & Compositores titulum non inscripserunt, De interdictis, sed ex-tractaverunt actionibus, &c. Docemur primum hoc titulo, quid sit interdictum, & quæ ratio nominis; deinde variz traduntur divisiones, quæ genera, eorumque species ostendant.

TEXTUS.

Continuatio & definitio.

Sequitur, ut dispiciamus de interdictis, seu actionibus, quæ pro his exercentur. Erant autem interdicta forme atque conceptiones verborum, quibus prætor jubebat aliquid fieri, aut fieri prohibebat, quod tunc maxime fiebat, cum de possessione aut quasi possessione inter aliquos contendebar.

NOTÆ.

Maximè cum de possessione] Ait, maximè, quia quædam interdicta proprietatis, aut quasi proprietati causam continent: vid. l. 2. §. 2. hoc tit. l. 3. §. 11. cum seq. de iur. iur. priv. Ideo autem de causa possessionis potissimum interdicta propolita, ut hujusmodi controversiæ, in quibus ut plurimum ultra jurgium proceditur, & manibus non temperatur, quam celerimè componerentur, l. 14. §. 3. de usufr.

Quasi possessione] Rerum scilicet incorporalium, puta usufructus & servitutium, quæ quasi possideri dicuntur, l. 18. §. 1. de her. pet. l. 23. §. 2. ex quib. caus. maj.

COMMENTARIUS.

1 Quid sit interdictum juxta veterem formulam, & quid hodie observatur error Theophilii.

2 Quæ interdicta causam proprietatis aut quasi continent?

3 Cur potissimum de possessione propolita?

4 Et actionibus, quæ pro his exercentur? Nam tempore Justiniani necesse non erat interdicitum reddi & imperari, sed loco interdictorum, actiones recta introducebantur, ut docet §. ult. Injuri tituli.

Forma aut conceptionis verborum] Interdicta certis verborum formulis constabant: id quod ex singulis fere titulis libri 34. §. cuivis licet animadvertere. Itaque interdum, si veterem formulam spectemus, sic rectè definietur. Decretum prætoris certis verbis conceptum, quo in aliquis possessionum vel quasi possessionum jubebat aliquid fieri, aut fieri vetabatur, prout id rei, de qua agebatur, conveniebat. Nam alias petitur, ut possessio restitueretur, aut res exhiberetur; hic prætor restitui aut exhiberi jubebat. Alias qui rem tenet, aut ea fruitur, petit, ne sibi tenent aut fruenti vis fiat: hæc prætor fieri vetabat.

Aut jubebat aliquid fieri] Sine constitutione iudicii. Nam prætor ad stipulationem interdicitum petentis adverterio ad se vocato sine forma judicii interdicitum reddebat, certa verborum formula jubens aut veritas aliquid fieri. Quod si interdicitum paritum non esset, tum aut manu ministrorum decretum suum exequeretur, aut civilis ex causa interdicti actionem & iudicium dabat, l. 1. §. 2. s. 2. s. 3. s. 4. s. 5. s. 6. s. 7. s. 8. s. 9. s. 10. s. 11. s. 12. s. 13. s. 14. s. 15. s. 16. s. 17. s. 18. s. 19. s. 20. s. 21. s. 22. s. 23. s. 24. s. 25. s. 26. s. 27. s. 28. s. 29. s. 30. s. 31. s. 32. s. 33. s. 34. s. 35. s. 36. s. 37. s. 38. s. 39. s. 40. s. 41. s. 42. s. 43. s. 44. s. 45. s. 46. s. 47. s. 48. s. 49. s. 50. s. 51. s. 52. s. 53. s. 54. s. 55. s. 56. s. 57. s. 58. s. 59. s. 60. s. 61. s. 62. s. 63. s. 64. s. 65. s. 66. s. 67. s. 68. s. 69. s. 70. s. 71. s. 72. s. 73. s. 74. s. 75. s. 76. s. 77. s. 78. s. 79. s. 80. s. 81. s. 82. s. 83. s. 84. s. 85. s. 86. s. 87. s. 88. s. 89. s. 90. s. 91. s. 92. s. 93. s. 94. s. 95. s. 96. s. 97. s. 98. s. 99. s. 100.

Tunc maximè cum de possessione] Ait, maximè, quia quædam interdicta proprietatis aut quasi proprietatis causam continent; veluti de itinere actuque privato de aqua quotidiana & æstiva, de locis sacris & religiosis, l. 2. §. hoc tit. l. 3. §. ult. 11. cum seq. de iur. iur. priv. l. 5. §. ult. 11. cum seq. de iur. iur. priv. l. 1. §. ult. 11. cum seq. & sibi, quamquam hæc non ideo dicuntur causam proprietatis continere, quod non sint de possessione aut usu rei utendo: sed quia cum sint de his rebus principaliter, per consequentiam adjunctam habent causam proprietatis, aut velut proprietatis, dum placet, eum vincere in hoc usu qui jus, de cuius usu agitur, ad se pertinerit ostenderit, d. l. 3. §. hoc autem. 13. Don. ad hunc tit. C. n. 6. Tuld. n. 2. Et hoc est, quod dicitur d. l. 1. §. ult. in hujusmodi interdictis totam quæstionem finiri, id est, & possessionis & proprietatis; cum illa quæ sunt de sola possessione vel quasi possessione tantum sint preparatoria, & ubi desierint, incipiat secunda actio, l. ult. C. quer. ben. quæ & principalis dicitur in l. nulli. 10. C. de iud. Ideo autem de causa possessionis potissimum interdicta